Resurrectionẽ xpi, neq; vsq; ad diẽ iudicij differri, neq; statim post mortẽ fieri expediebat. f.cx.c.ij.
Resurrectio ob quinq; ratiões fuit necessaria.fo.cxiiij. co.j.
Resurrectio duplex est pfecta z imperfecta.fo.eo. co.ij.
Resurrectio xpi duobus sufficientissimis modis fuit manifestata. fo.cxvj. co.j.
Resurrectio xpi nrę resurrectionis est causa.fo.cxviij. co.j.
Reprobus existens in gra si bonos eliciat actus meretur vitã eternã aduersus Dionisiũ cisterciensez. fo.liij. co.j.
Reparatio generis hũani inchoata fuit per virginem, veluti ruina p Euam.fo.lviij. co.ij.
Ritus iudeorum licite tollerantur. fo.clvj. co.iij.
Ritus hereticorũ non sunt in regionibus christianorũ tollerandi, nisi forsan ad euitandũ maius periculum.fo.eo. co.iiij.
Ritus sarracenorũ, iudeorũ, z paganorum prohibendi sunt, ne publice fiant. ibidem.
Romanę sedis iudiciũ in his quę fidei sunt, z ad humanã salutem necessaria errare non põt.fo.cxlvij. colũna. iij.
Romani non habuerunt veras virtutes.fo.lxxij. co.iiij.

De littera. S.

SAnguinis virginei in matrice collectio, xpi corporis formatio, organizatio, z aiatio, z hũanitatis a verbo assumptio in eodẽ instãti z simul facte fuerę.fo.xliij. co.j.
Sabatũ trifariã accipit.f.ccxlj.c.ij.
Satisfactio pro genere hũano quo ad iniuriã non potuit fieri a creatura.fo.cj. co.iiij.
Sanson portas ciuitat sustulit vsq; ad montem.fo.cxj. co.j.
Sanctificari potest aliquid dupliciter.fo.xviij. co.iij.
Scientia actualis nõ manebit in patria.fo.cxcij. co.j.
Scientia z opinio de eodem nõ possunt esse simul in eodez subiecto. fo.lxxj. co.j.
Scientia patrię quacunq; fide certior est.fo.cxxx. co.iiij.
Sedere accipitur duobus modis. fo.xx. co.iiij.
Seruitus dublex est.fo.xlv. co.ij.
Solus dei filius fuit incarnatus. fo.vj. co.iiij.
Suppositũ qd sit vide.f.vj. co.ij.
Sustentatio capitur duob° modis. fo.x. co.iij.
Spes acquisita prior est charitate. fo.cxix. co.j.
Spes multi módis accipit.f.clviij. colũna. iiij.
Spes est virtus theologa a fide et charitate oino distincta.f.clix.c.ij.
Spes in voluntate collocanda est. fo.clxj. co.j.
Spiritussanctus, neq; secundũ humanitatem, neq; scõz diuinitatẽ est pater Christi.fo.xxvj. co.j.
Symbolũ vnde dicatur et a quibus canditum sit.fo.cxlij. co.iij.
Symbolũ nicenũ editũ est ptra manicheũ, z alios.fo.cxliij. co.j.
Symbolum Athanasij principaliter fuit editum contra Arrianos, fo.eodem. co.ij
Symbolũ fidei condere ad summũ spectat põtificẽ.fo.cxlvj. co.iiij.

De littera. T.

Timor ꝗtuplex est. f.cclij. colũna. ij.
Timor mundanus qualẽ habuit Adã, z Aarõsem per est malus et a Christo prohibitus. ibidem.
Timor mundanus fuit in causa qõ Petrus negaret xpm. f.eo.c.iij.
Timor oim solus mundanº aduersatur charitati. fo.cclvij. co.ij.
¶De littera. V.
Unio verbi ad naturã humanã, secũdũ Thomã, et Scotum est relatio. fo.iiij. co.ij.
Unio verbi ad naturã hũanã scõm Gregoriũ est res vnite. ibidẽ.
Unio verbi ad naturã humanaz est maxima vnionũ quę põt esse dei ad creaturã. ibidem.
Unio humanitatis ad verbũ nõ est nec potest esse inter personas diuinas. fo.eo. co.iij.
Unio hipostatica magis assimilat vnioni accidẽtis ad subiectũ ꝙ alteri vnioni. fo.xxxviij. co.iiij
Verbũ diuinũ, non personã, sed naturã assumpsit. fo.xxx. co.j
Verbũ diuinũ potuit assumere naturã immortalẽ. fo.lxxxij. co.iij.
Verbũ diuinũ post ĩcarnationẽ nũ ꝙ relict aliaz, aut corpº. f.cvj. c.j
Verbũ diuinũ pluribus vniobº vnitur hũanitati et ptibº. f.xlij.c.iij.
Verbũ diuinũ, si duas simul assumpsisset hũanitates nõ fuisset duo homines. fo.x. co.j.
Verbum diuinum in triduo nõ vniebatur aię, aut corpori in vnitatez suppositi. fo.vj. co.iij.
Velle duplex est vide. f.clxxxiij.c.ij
Verbũ diuinũ potest assumere naturã rationalem non fruentẽ deo problema. fo.xiij. co.iij.
Verbũ diuinũ in eodẽ tempore adequate vel instanti humanitatez z quãlibet eius partẽ assumpsit. fo.xiiij. co.j.
Verbũ diuinum non assumpsit corpus ceęleste fantasticũ, aut exanime, vt heretici putarunt, sed verã carnẽ, z veram animam rationalem. fo.xiiij. co.iij.
Verbum diuinum est speculum representans videnti quę sibi placent. fo.lxxvj. co.ij
Vir plus tenetur diligere vxorẽ ꝙ propriũ filiũ. fo.clxxxiiij. co.iij.
Virtus in moralẽ z intellectualẽ diuiditur. fo.cxcvij. co.iij.
Virtutes cardiales quot sint z quo modo a theologicis differant vide. fo.cxcviij. co.j.
Virtus theologica deũ habet pro obiecto penes ꝗd a cardinali maxime differt. ibidem.
Viator purus non põt videre deuz permanenter. fo.lxvij. co.iij.
Virtuti vnicuiq; plures spẽs viciorum opponuntur. fo.cliij. co.j.
Violentum duobus modis capitur vide. fo.lxxxiij. co.iiij.
Virgo Maria nõ fuit originali culpę obnoxia. fo.xviij. co.j.
Virtus tripartĩ accipitur. f.xliij. colũna. iij.
Virtus Cardinalis quid sit. fo.eo. colũna. iij.
Virtus theologica et moralis differunt. ibidem.
Virtutes ómnes Cardinales manent in patria. fo.cxcx. co.ij.
Voluntas animę Christi, tam naturalis quam libera omnino fuit conformis voluntati diuinę in volito. fo.lxxxvij. co.iiij.
Volũtas creata potest actum elicere in instanti. fo.xcij. co.ij.
Voluntas animę Christi rationalis quantum ad actus liberos et absolutos omnino fuit cõformis voluntati diuinę. f.lxxxvij. c.iiij.
Voluntas animę Christi vt natura et vt sensui coniuncta de ijsdem tristabat de quibus dolebat pote tia sensitiua. fo.lxxix. co.iiij.
Voluntates in Christo duę diuina z humana. fo.lxxxvj. co.ij.
Volũtatis humanę deus est primũ mouens, ibidem.
Voluntates iudeorum quibus volebant Christum mori non erant omnino conformes voluntati diuinę. fo.lxxxvij. co.iij.

Tabulę Alphabeticę.

Finis.

Joannes a Celaia Va-

lentinus. doctor Parisiensis: candido: pio q̄ lectori: vtramq; felicitatem.



Oc in tertio libro sen tentiar⁹ dñs Petrus Lõbardus incarnatio nem piẽtissimi saluatoris nostri Jesu xp̃i enu cleare. ac elucidare quãtũ hũana fragilitas su stinet egregie satagit: nec obuiat illud Ysaye gñationẽ eius quis enarrabit. Nã diu⁹ Hie ronymus illud exponit de generatione diui na. quamuis diuus Leo de humana generatione posse intelligi asserat. Sed sto quod de vtraq; loquatur Ysayas de perfecta in telligentia que in hac lachrymarum valle minime haberi valet ip sum procedere liquet. Quare non putandum est dominum Pe trum Lombardum Ysaye contrarium. nam tam ardua r ingens est hec difficultas: vt ipsa audita cõmouentur viscera corda tre ment caligat visus hebet intellectus effugit auditus. O ineffabi le magnumq; sacramentũ ipsa eademq; virgo r mater dei r geni trix ipsa: r eius ancilla plasmatio eius ipsaq; genuit. Quis vnq; ista audiuit: quis talia vidit: r quis excogitare potuit: vt mater et virgo esset r intacta generaret que r virgo permãsit r genuit. Sicut enim quondam rubus comburi videbatur: r ignis eum non tan gebat: r sicut tres pueri in camino ignis inclusi habebãtur: r tamẽ eos non ledebat incendium: nec odor fumi erat in eis: vel quem admodum Danieli intra lacum Leonum incluso claustris non apertis allatũ est prandiũ ab Abacuch. ita r hec virgo sctã genuit dñm oĩm creatorẽ: sed intacta pmãsit mater effecta est illius q̃ in ex celsis est sine matre: r in terra est sine pr̃e ipsi⁹ q̃ in celis scõz diuini tatẽ in sinu est patris: r in terris scõz hũanitatẽ: in sinu est matris. Hoc etiã ineffabile mysteriũ prophete nõ siluere. immo aperte pdi xere. Sctũs eñ Jacob. Geneseos. xlix. Non auferetur sceptrũ de Juda: nec Dux de Femore eius donec veniat Messias. Et ipse erit expectatio gẽtiũ: r nõ posset esse expectatio gẽtiũ: nisi esset de⁹.

nã spes solũ habet deũ p obiecto. Et egregi⁹ etiã psaltes. psal. ix. supra centesimũ canit. Dixit dñs dño meo. r subiungit. Tu es sa cerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. r hũc psal mum allegauit. Redemptor noster quando quesiuit a Phari seis cuius esse filius debebat Christus. Matthei. xxij. Qui respõ derunt Dauid: r replicuit saluator noster dicens. Quomodo da uid ait. Dixit dominus domino meo. Ysayas. vij. cap. Ecce vir go concipiet r pariet filium: r vocabitur nomen eius Emanuel. i. nobiscum deus propter humanitatem assumptam. r. ix. cap. idem asserit paruulus natus est nobis: r filius datus est nobis: r factus est principatus super humerũ eius: r vocabitur nomen eius admi rabilis consiliarius: deus fortis pater futuri seculi princeps pacis r. lxiiij. idem propheta vtinam disrumperes celos r descenderes. Hieremias. xxiij. loquens verbo diuino. Quare quasi colonus fu turus es in terra: r quasi viator declinans ad manendũ. Et. xxiij. idem. Ecce dies veniẽt dicit dominus: r suscitabo Dauid germẽ iustum: r regnabit rex: r sapiẽs erit: r faciet iudicium r iusticiam in terra. in diebus illis saluabitur Juda: r Jsrael habitabit confiden ter: r hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster r in Hebreo habetur hoc nomen tethragramaton loco de ly do minus quod soli deo potest cõuenire quare maledicti iudei ex hoc passu cõuincunt apte q̃ debeãt fateri diuinitatẽ Messie. Et. xxxj. capitulo. Jdem. quia creauit dominus nouum super terrã femi na: scilicet virgo circundabit virum. idest Christum. Baruch. iij. cap. Hic est deus noster: r non estimabitur alius aduersus eum post hec in terris visus est: r cum hominibus conuersat⁹ est. Eze chiel. xliij. Vidi portam in domo domini clausam: r dixit domi nus ad me. Porta hec clausa erit: r non aperietur: r vir non tran sibit per eam. Quoniam dominus deus Jsrael ingressus est per eam: r clausa erit principi in eternum. Que quidem verba expo nit diu⁹ Augustin⁹. de sanctissima maria: r saluatore nostro: r di uo Josippo. Daniel. ix. cap. Septuaginta ebdomades abreuia te sunt super populum tuum: r sequitur post ebdomadas sexagin ta duas occidetur Christus. rc. Michee quinto capitulo. Et te

enim mihi egredietur qui sit dominator in Israel: & egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Ex quibus verbis clare elicitur q̄ filius dei est eternus: quo ad diuinitatem Habacuch tertio. Ego autem in domino gaudebo: & exultabo in deo Jesu meo. Zacharias. ix. Exulta satis filia Syon: Jubila filia Hierusalē. Ecce rex tuus venit tibi iustus: & saluator: & ipse pauper: & sedens super asinam: & pullum asine. Postremo Job. ix. Scio q̄ redemptor meus viuit. &c. Pari iure sybille non tacuere hoc admirabile cōmerciū de quibus videbitur in solutione tertij argumēti secūde. q. Circa vigesimā quintā distinctionē huius tertij sentētiarū. Cū igit hec verbi diuini incarnatio maxime sit admiratiōis gratia ineuarrabilis diuini numinis presidio implorato. Protestor nihil me in hoc libro dicere velle q̄d fidei orthodoxe aduersetur: seu q̄d sit contra decreta sacrorū cōciliorū: aut determinatiōes sacrosancte Romane ecclesie. Ceterū si quod absit in aliquem errorē prolapsus fuero pro non dicto: aut scripto haberi volo. Equidem in omnibus me submitto determinationi matris mee sancte ecclie. Vale.

Incipit liber tertius sententiarum de incarnatione verbi. Distinctio. prima.



Um venit igitur plenitudo tēporis: vt ait apostolus: misit deus filium suum factū de muliere. factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret: vt in adoptionem filiorū dei recipere/mur. Tempus aūt plenitudinis dicit tempus gratie. quod ab aduentu saluatoris exordium sumpsit. Hoc est temp⁹ miserendi & annus benignitatis: in quo gratia & veritas p iesum christus facta est. Gratia. q̄ p charitatem implet q̄d in lege p̄cipiebat. Veritas. quia p christi aduentū exhibet atq̄ perficitur humane redemptionis sponsio facta ab antiquo. Filij ergo missio est ipsa incarnatio. Eo eīm missus est. q̄ in forma hominis mundo visibilis apparuit. de quo supra sufficienter dictum est.

Quare filius carnē assumpsit nō pater vel spūsctūs

Quigēter vero annotandus est quare filius non p̄ vel spūs/sanctus est incarnat⁹. Solus nā q̄ filius hominē assumpsit. Q̄d vtiq̄ congruo ordine atq̄ alto dei sapientia fecit ꝓsilio. vt deus q̄ in sapientia sua mundū ꝓdiderat. ym illud. Quia in sapiētia fecisti oīa que in celis sunt et que in terris: restauraret in eadē. Hec est mulier euangelica q̄ accendit lucernā et dragmā decimaz que ꝓdita fuerat reperit sapientia scz patris que testā humane infirmitatis lumine sue diuinitatis accēdit. perditumq̄ hominem repauit nomine regis et imagine insignitū. Ideo etiā filius missus est et nō pater. q̄ congruentius mitti debebat q̄ est ab alio q̄ qui a nullo est. filius aūt a patre ē. pater vero a nullo ē. Vt. n. ait Augusti. in libro de trinitate. Non eīm habet ō quo sit. Sicut ergo pater genuit. filius genitus est. ita ꝓgruc pater misit. filius missus est. Ab illo eīm conuenienter mittit dei vbum: cuius est vbū. Ab illo mittit ō quo natum est: Mittitur q̄ genitū est. Pater vo qui misit a nullo ē. Jōq̄ pa/

ter missus non est. ne si mitteret ab alio esse putaretur. Missus ē ergo p̄mo filij q̄a solo patre est. Deinde etiaz spiritussanct⁹ qui est a patre t filio. sz filius sol⁹ in carne missus ē. non spirituscti⁹ sicut nec pater. Ꝺ ideo factum est vt qui erat in diuinitate dei filius: in humanitate fieret hois filius. Non pater vel spūssanctus carnē induit ne alius in diuinitate esset filius. ali⁹ in humanitate. Et ne idē esset pater t filius si ō⁹ pater de homine nasceretur. Ñ in ecclesiasticis dogmatib⁹. Ꝺ pater carnē assumpsit. neq̄ spūssanctus. sed filius tiñ. vt qui erat i diuinitate dei filius. ipse fieret in homine hominis filius: ne filij nomen ad alterū trāsiret qui nō esset eterna natiuitate filius. Dei ergo filius hominis factus est filius. nat⁹ ꝼm veritatē nature ex deo dei filius. et ꝼm veritatē nature ex homine hominis filius: t vītas geniti. nō adoptione nō appellatione. sed in vtraq̄ natiuitate filij nomē nascēdo haberet. vt esset ver⁹ deus et verus hō vnus filius. Non ergo duos christos. neq̄ duos filios. sed ō⁹ um et hoiem vnū filiū. quē ꝓpt ea t vnigenitū dicim⁹ manentē i duabus substantijs. sicut ei nature veritas ꝓtulit non confusis naturis neq̄ imixtis sicut thimotheani volunt. sed societate vnitis. Ecce habes quare filius nō pater vel spiritussanctus carnez assumpserit.

Utrū spūssanct⁹ vel pr̄ potuerit incarnari vel posit.

¶ Si vero queritur vtrū pater vel spūssanctus incarnari potuerit. vel etiaz modo possit. sane rñderi possit. et potuisse olim t posse nunc carnē sumere et hoiez fieri tam patrē q̄m spūsanctuz. Sicut eñ fili⁹ homo factus est. ita pater vel spiritussanctus potuit et potest.

An filius qui tantū carnem accepit aliquid fecerit qōnō pater vel spiritussanctus.

¶ Sz forte aliqui dicent. cū indiuisa sint opera trinitatis si fili⁹ carnē assumpsit. tunc pater t spiritussanctus q̄ si fili⁹ carnem assumpsit. nec hoc fecit pr̄ vel spiritussanctus. non omne qō facit filius facit t pater t spūssanct⁹. Ut oīa simul pater et filius amboz spūs pariter t concorditer opantur. Ad quod dicimus q⁹ nihil operatur filius sine patre t spūssancto. sed vna est boz trū opatio indiuisa t in dissimilis. et

tñ filius non pater vel spūssctus carnē assumpsit. Ipsam tamen carnis assumptionē trinitas operata est. sicut Aug. dicit in lib. ō fide ad Petrū. Reconciliati sumus p̄ solum filiū ꝼm carnē. sed non soli filio ꝼm deitatē. Trinitas eñ nos sibi recōciliauit per hoc q̄ solū verbū carnez ipsa trinitas fecit. Trinitas ergo carnis assumptionē fecit: sed verbo. nō patri vel spiritui sancto. Si enim pater sibi. et filius sibi. vel pater filio. t filius patri carnis assumptionē operat⁹ esset. iam non ea dē esset operatio vtriusq̄ sed diuisa. Sed sicut inseparabilis et indiuisa est vnitas substātie triū. vt ait Augustin⁹ in libro de trinitate. ita t operatio. non tñ eandem trinitatē natā de v̄gine. crucifixaz t sepultā catholici tractatores docuerunt. sed tñmodo filium. nec eandē trinitatē in specie colūbe descendisse sup Jesuz. sed tñ spiritumsanctū. nec eandē dixisse de celo. tu es filius meus. sz tantū patris vocem fuisse ad filiū factam q̄uis pater t filius t spūssanctus sicut inseparabiles sunt: ita t inseparabiliter operentur. Hec t mea fides ē. quoniā quidem hec est catholica fides. Licet ergo sol⁹ fili⁹ carnē assumpserit. ip̄az tñ incarnationē cū patre t spūsancto opatus est.



Circa p̄mam dist. 3. lib. sententiaz quęritur. Utruz natura hūana sit lapsa ab illo statu i quo fuit cōdita. Ꝺro hui⁹. q. intelligentia est aduertendum q̄ iudei t philosophi gentiles negant naturā humanā fuisse lapsā in peccato originali. Et q̄ rationes ęqualiter militant cōtra iudęos sicut philosophos. Ideo p̄i⁹ adducētur autoritates cōtra iudęos. Et deinde afferētur rōnes p̄ma autoritas hz geñ. 3. cap. In quo dñs deus multas maledictiones vtriq̄ sexui intulit. 2. autoritas habet. pś. 13. sz oēs declinauerūt simul inutiles facti sūt. 3. Et p̄cipua autoritas habet pś. 50. s. Ecce in iniquitatibus cōceptus sum: t in peccatis ꝑcepit me mater mea. Certū est eñ q̄ Dauid nō fuit spurius sed ex legitimo thoro fuit procreatus. Immo ambo parētes eius sunt sancti ergo necessariū est dicere: q̄ quilibet nascit in peccato originali p̄ter saluatorem. Et eius gloriosiss. matrē. Et propter hanc autoritatē Rabbin⁹ sinagoge auinionis non veritus est asserere q̄ vir non potest cognoscere proprią vxorē sine peccato mortali. Ꝺū in ipsum argumētarer qō impiū t absurdū est. Mā tunc sequeretur q̄ deus esset magn⁹ peccator Mā ipse p̄cepit geñ. 2. ca. Talem

actum per illa verba.s. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram: ⁊ hō nō potest fieri sine peccato mortali:ergo p̄cepit peccare. Et per ꝓ̄s dīs deus esset valde malꝰ:qō omnino nephandū est hāc rationē vt audiuit quidam iudeus medicꝰ eiusdem synagoge expuit in faciem rabini quare scitima factum est inter eos dicente Rabino ipsi medico iudeo respōde ad autoritatē medicus aiebat malo fateri ignorantiam meā quā tam apertā dei blasphemiā cōcedere. Et sic cōfusos ⁊ in propia malicia excecatos reliquit Alia autoritas habet Job.25.cap. scilicz. Non est sine peccato infans vnius diei.

¶ Prima rō talis ē nonest cōsentanea rationi dīm deū cogere creaturā rationalē ad miseriā: quā creauit ad beatitudinē adipiscendā sed si creasset naturā humanā in statu:i quo modo est eā cogisset ad miserias:ergo nō taliter eā creauit cōsequētia tenet:qz tūc eque principaliter ordinasset eā ad bēitudinē ⁊ miseriam:qꝰ est impossibile. Scōa rō talis est. Nullū detestandū est ponendū in operibus cōditionis diuine:sed passiones carnales ponunt in natura humana p̄ro isto statu:ergo non taliter eā creauit dīs deus: maior patet per illud Mosis deuteronomij.32.dei perfecta sūt opa. Tertia rō talis est summa pax nūqz producit rebellionē sed dīs deꝰ est summa pax:⁊ in natura humana p̄ isto statu sunt mirabiles rebelliones iuxta illud apostol.ad Romanos.7 dicentis video aliā legē in mēbris meis repugnātē legimētis meę.⁊c. Et ad Galatas.5. Caro cōcupiscit aduersus spūm ⁊ spiritꝰ aduersus carnē:ergo dīs deꝰ nō produxit naturā humanā cū talibꝰ rebellionibꝰ Si dicas q̄ tales rebelliones sunt causa exercende virtutis ⁊ merēdi sicut dicit Aug.in.12.cap.19.lib. de ciuitate dei:contra hoc egregie replicat diuus Anselmus in lib. Cur deus homo in natura humana sunt multe ignorantie ⁊ errores qui non prosunt sed potius nocēt: ergo deꝰ non produxit naturā hūanā cū talibꝰ ignorātijs ⁊ errorib⁹. Quarta rō talis ē a summa bonitate nihil efficitur qō sit magis p̄nū ad malū quā ad bonū:sed teste dīo deo Genesis.8.cap. Sēsus ⁊ cogitatio cordis humani prona sunt ab adolescētia sua in malū: ergo dīs deus non produxit naturā hūanā cū inclinatiōe ad malum. Quinta rō talis est dīs deus in principio non produxit naturā humanā mortalē sed potiꝰ immortalē ⁊ nūc est mortalis:ergo nō eā talē produxit maior patet per illud sapientię.1.cap. Qm deus mortē nō fecit:nec delectabitur ī perditione viuorum.

¶ Propter istas rationes et autoritates respōdet affirmatiue ad quęstionē. Hęc respōsio fulcitur autoritatibus noui testamenti. Apōstol.enim ad roīn.5.ca. Inquit oēs in Adā peccauerūt: ⁊ ad roīn.5. sicut per vnū hoīem peccatū intrauit in mundū:⁊ per peccatū mōrs:ita in oēs hoīes mors pertrāsit in quos peccauerūt. Et per vnius delictū oēs hoīes in eadē ꝯdēnatione sunt constituti. Et in.11.eiusdē epīę ait cōclusit deꝰ oīa sub peccato vt oīm misereret. Et ad ephe.2. Eramus enim natura filij irę sicut ⁊ cęteri patet ⁊ ista ꝯclusio autoritate Aug.in epīa ad Petrū subdiaconū:⁊ recitatur in cap. firmissime de cōsecratiōe distin.4. Et breuiter oēs doctores catholici idem omnino asserūt cum August.

¶ Contra istā conclusionē arguitur sic omne cōpositū ex contrarijs est dissolubile ⁊ corruptibile:sz hō cōponit ex cōtrarijs:ergo hō est corruptibilis:hoc argumentū solū probat q̄ deꝰ produxit hoīem corruptibilē ex natura sua:nihilomiꝰ ex gra habebat q̄ poterat nō corrūpi si voluisset proportionabiliter respōdetur ad autoritatē Augu.sup Gen.dicētis q̄ Adā nō comedit de pomo eo q̄ crederet esse deꝰ sed ne cōtristaret suas delitias.i.vxorem. Mā quāuis vxor adę erat cōtristabilis ex natura:attamen in potestate sua habebat posse non contristari.

¶ Secundo arguitur sic nō inconuenit hoīem incidere in multas miserias sine petō:vt patet de Job ⁊ de cęco a natiuitate quē illuminauit saluator:ergo dīs deus produxit humanā naturā in principio cū miserijs ⁊ calamitatibus.

¶ Ad hoc argumentū respondetur negando ꝓsiam rō est:qz oīa ista prouenīunt rōne peccati originalis. Mā si primus parēs nō peccasset sine laboribus ⁊ erūnis peruenisset ad gloriā ęternā sed postꝯ peccauit dīs ordinauit per multas pœnalitates erunnascz quenire ad regnum celoꝝ iuxta illud Pauli ⁊ Barnabe actuū.14. per multas tribulationes oportet intrare i regnū cœlorum.

¶ Tertio arguit sic status p̄tiendi est potior ꝯ status innocētię ergo dīs deus cōdidit naturā hūanā in statu:in quo est aīs probatur expressa autoritate Pauli.2.ad corinth.12.dicentis virtus in infirmitate pficitur insuper opera virtuosa in isto statu sūt difficiliora ꝯ fuissent in statu innocētię:ꝯ sunt laudabiliora. Ad hoc argumentū respondetur negando aīs simpliciter sed bene probatur q̄ sit potior quo ad aliquid non tū simpliciter. Mā licet in statu innocentię non fuisset tāta difficultas:fuisset tū maior dilectio dei ideo:qz vires inferiores nō impediuissent rationem.

¶ Queritur secundo circa eandem distin.an decuit deū incarnari p̄ro huius difficultatis solutiōe est aduertēdū quod illud decet:qꝰ cōuenit alicui secm rōnem proprię naturę:vt ratiocinari cōuenit homini. Et teste diuo Dionisio in.1.cap. de diuinis nōibus natura dei est bonitas:⁊ in.4.cap.eiusdē libri ad rōnē boni pertinet vt se alijs cōicet ⁊ ex cōsequenti ad rationē summi boni spectabit q̄ summo modo se alijs cōicet:quod maxime apparet p hoc qꝰ naturā creatā sic sibi cōiungit vt vna persona fiat ex tribus.s. verbo

anima. Et carne scõm Augu. in. 5. libro de trinitate.

¶ Isto notato respondetur ad q. per vnicã pñam quę talis est valde decuit deũ icarnari ista: pclusio probatur a Damasceno in pricipio sui. 3. lib. per incarnationẽ mõstrat simul bonitas: sapientia: iusticia: z potentia: ergo valde cõueniẽs fuit deũ incarnari afis declaratur. Mã bonitas dei ostenditur: qz proprij plasmatis nõ despexit infirmitatẽ: iusticia vero: qm̃ hoie victo nõ aliũ fecit vincere tyrãnũ: necz vt eripuit hoiem a faucibus diaboli sed iustissime ipum expoliauit a dñio quod habebat sup hoiem: quẽadmodũ Clotarius rex Francię expoliatus fuit a Romano põtifice dñio quod habebat sup Hyuitot: ideo qz dñs Galterus de Hyuitot iniuste fuit occisus a prefato rege Francię in die veneris sctã intra ecclĩaz: sic ẽt saluator noster verus homo iniuste fuit occisus a diabolo: idcirco pean dem legẽ iustũ fuit q diabolus perderet dñium quod sup hoiem habebat: sapientia ostenditur: qm̃ difficilimi inuenit sufficientiss. solutionẽ: potentia vero dei infinita monstratur qm̃ nihil maius ꝯ deũ fieri hominẽ: igitur valde decuit deum incarnari.

¶ Contra istã cõsequentiã arguit sic dns de⁹ optime fuit semp ab ęterno z ab ęterno fuit sine carne: ergo non decuit ipsum incarnari: pña tenet qz al's melius se haberet modo ꝯ prius z per pñs nõ optime fuit ab ęterno sine carne hũana. Ad hoc argumentũ respõdetur negando pñam z ad probationẽ negatur assumptũ sz bene infertur q melio⁹ est ipsi creaturę humanę per talẽ vnionẽ: ꝯ erat antea.

¶ Secũdo arguitur sic deus z natura hũana non sunt vnibilia: ergo nõ decuit deũ incarnari afis probatur inter vnibilia debet esse aliqua proportio: sed nulla est proportio creatoris ad creaturã: ergo deꝰ z natura humana nõ sunt vnibilia. Ad hoc argumentũ rñdetur negando afis z ad probationẽ distinguit maiorẽ: vel de pportione entitatiua z sic negatur illa vel de proportiõe ordinis: qualis est inter agẽs z patiens et vniens z vnitũ: z sic conceditur illa z negat minorẽ: cõtra istaz solutionẽ replicatur malitia nõ põt vniri deo: ergo necz corpus humanũ: pña probatur tm̃ distat corpus hũanũ a deo quãtũ malicia a dño deo: ergo si malicia nõ potest vniri corpus hũanũ nõ poterit vniri deo Ad hanc replicã rñdetur negando pñam z ad probationẽ iterũ negat pña rõ est: qz malicia importat deformitatem quę forma liꝛ repugnat dño deo qui ẽ summa bonitas. Cõtra istã solutionẽ arguitur illud qđ spectat ad cõemptũ z defectionez non decet deũ: sed carnẽ assumere quę ẽ de limo terrę formata dicit defectionẽ: ergo nõ decuit deũ icarnari. Ad hanc replicã rñdetur negãdo minorẽ sz bene dicit humiliationẽ in natura assumpta z maximã charitatẽ in deo ostendit.

¶ Tertio arguitur sic argumẽto volutiant incõueniens est q ille quẽ cœli capere nõ possunt cõtinetur intra corpusculũ. Magientis infantię: ergo non decuit deũ incarnari afis probatur: qz tunc deus nõ cognosceret ea quę fierent in mundo. Ad hoc argumentum rñdet diuus August. q nõ est intelligendũ deũ taliꝛ incarnari q desinat esse i cœlo z vbiqz. Et in hoc etiã fuit deceptꝰ maledictꝰ Mahumet cũ suis sęcatibus. Mã licet nos christiani ponamꝰ deũ esse incarnatũ: nõ tñ negamus deũ esse vbiqz. Et ꝯ huius chꝛs nõ sit vbiqz scõm humanitatẽ est tñ vbiqz scõm diuinitatẽ per essentiã pręsentiã z potẽtiã. Cõtra istã solutionẽ arguitur illud nomẽ: qđ est tiu per omne nomẽ solũ põt conuenire vni naturę: sed si deus esset incarnatus tale nomẽ cõpeteret naturę humanę: ergo non decuit deũ incarnari minorẽ: probatur homo habz tale nomen qđ est super omne nomẽ ratione vnionis hypostatice: ergo alteri conuenit tale nomen qđ est sup omne nomen. Ad hanc replicã respondetur q quãuis concedat q hõ habeat illud nomen qđ est super oẽ nomẽ ibi hõ accipitur pro filio dei. Mã hõ vt cõuenit filio dei tantũ valet sicut verbũ diuinũ sustentãs naturã humanã: z ideo nõ sequitur q alteri a se cõmunicet filius dei illõ nomen: quod est super oñe nomẽ.

¶ Queritur tertio circa eandẽ distin. quę res est vnio dei ad naturam humanã pro huius difficultaꝛ enodatione est aduertẽdũ q os doctores conueniunt in hoc. s. q talis vnio nõn est habitꝰ creatꝰ siue gratificus: sine non gratificus rõ est: qz talis habitus eque principaliꝛ fuisset productus a tribꝰ personis. Et per pñs nõ esset tunc maior rõ: cur filius diceretur incarnatus potius ꝯ pater vel spũssanctus: ideo difficile est assignare q̃ res est talis vnio z diuus Thomas tenet q est relatio que respectu hũanitatis est realis: z respectu dñi dei est relatio rationis. Doctor subtilis tenet q ẽ relatio realis disquirẽtiq. Et guillelmꝰ occham tenet q est relatio rationis simpliciter. Et dñi reales dicunt propt hoc q Guillelmꝰ occhã princeps noialiũ fuit coactus fateri veritatẽ. s. q sunt ponẽdę relationes: sed in. 1. sñiaꝝ ponit modũ defensandi non esse ponendas relationes: nõ tñ fuit ausus asserere ne reputatus fuisset hęreticus. Attamẽ Gregorius de Arimino z cõsequenter os noiales recctiores post eum negant tales relationes. Et ideo cõsequẽter astruũt q talis vnio dei ad humanitatẽ nihil aliud ẽ ꝯ res vnitę: scz ipse deus z ipsa hũanitas qui vniũtur iuicẽ iste oẽs opiniões sunt probabiles z non possunt fieri argumenta ptra eas nisi illa quę facta fuerunt in predicamentis z metaphisicis: ideo superuacaneũ duxi illa repetere. Mã satꝭ ac sup fuerũt illic discussa. Circa q̃stionẽ dubitat an talis vnio sit maxima vnionum. Ad hoc rñdetur q est maxima vnio dei ad creaturã quę põt esse. Vnde Augusti. in. 1. de trinitate asserit q hõ potius est in filio ꝯ filius in patre: z sic patet q aliqua est vnio hu

manitatis ad filiū dei: scz vnio personalis quę nō est: nec pōt esse inter personas ad intra. Dubitatur. 2. an idē sit vnio ⁊ assumptio hipostatica. Ad hoc respōdetur negatiue rō est: quia sumere dicit actionē. Et ideo conceditur bene q essentia diuina est vnita humanitati: non tñ cōceditur a catholicis qđ essentia diuina est assumpta ab humanitate.

¶ Queritur quarto circa eādē distin. an si hō non peccasset de⁹ incarnatus fuisset. Ad hanc difficultatem rñdet Alexander de Ales in 13. mēbro. 5. q. 3. partis affirmatiue ⁊ fundatur eiꝰ respōsio in glosa diui Bernardi super illud Ionę. 2. cap. Propt me ē orta tēpestas: exponit enī diuus Bernardꝰ istud dictū de christo ⁊ dicit qđ lucifer prę uidit filiū dei incarnādū: ⁊ ideo mōtus ē ex inuidia ptra hoīem: ita q inuidia fuit causa casꝰ diaboli ⁊ mouit ipsum diabolū ad temptādū hominē vt peccaret: ⁊ sic filius dei nō incarnaretur. Ex quibus verbis patet qđ lucifer ante lapsum hoīs prę uidit vnionē diuinę nature cū hūana ⁊ intellexit ipsum lapsum hoīs: vt quoddā impedimētū vnionis nature diuinę cū humana: ideo ipsum lapsum totis viribꝰ procurauit. Ex quibꝰ oībus videtur sequi qđ quāuis hō nō peccasset dñs deꝰ adhuc incarnatus fuisset.

¶ Contra istā opinionē arguitur autoritate ecclesię in prefatiōe cerei paschalis canētis. Nihil nasci profuit nisi redimi profuisset: ergo inutilis ē incarnatio nisi sequta fuisset redēptio: sed si natura humana nō fuisset lapsa non esset redēpta: ergo si natura humana nō est lapsa nullus est fructus incarnationis: ⁊ per ꝓns si hō non peccasset deus incarnatus non fuisset. Ad hoc argumentū rñdetur a dño Alexādro qđ autoritas ecclesię intelligitur supposito peccato primi parentis siue lapsu. Nā certū est qđ illo supposito natiuitas nō profuisset nobis si non redemisset nos.

¶ Secundo arguitur sic apostol. ad Galat. 4. ponit peccatū primi hoīs esse causam incarnationis ⁊ magister allegat in prologo huiꝰ tertij libri: ergo si talis causa non fuisset deus incarnatus non fuisset insuper Aureliꝰ augustinꝰ, sup illō Lucę. 19. cap. Venit filiꝰ hoīs quę rere ⁊ saluū facere qđ perierat. ait: si hō nō peccasset filius hoīs nō venisset: similr ⁊ glosa super illud verbum. 1. ad Timotheū. 1. cap. Chs venit in hūc mundū vt peccatores saluos faceret: iquit nulla causa veniendi fuit xpo dño: nisi vt peccatores saluos faceret et tolle morbos tolle vulnera nulla est causa medicinę: ergo si primus parens nō peccasset deus incarnatus non fuisset. Ad oēs istas autoritates ⁊ similes vnico verbo rñdetur. s. qđ intelligūtur qđ deus non assumpsisset naturam humanā passibilē si primꝰ parens non peccasset: attamen bene fuisset icarnatꝰ i carne impassibili.

¶ Tertio arguitur tota causa: cur deus est incarnatus est peccatum primi parētis: qz fuit remediabile: ergo opinio nulla aſis probat ab oībus doctoribus ꝺz qđ deꝰ nō assumpsit naturā angelicā: qz peccatū angeli non erat remediabile: assumpsit tū naturā hūanā: qz peccatum hoīs erat remediabile: ergo peccatū primi parentis est totalis causa incarnationis. Ad hoc argumentū rñdetur negando aſis: ⁊ ad probationē negatur ꝓnia ⁊ rō est: qz illa nō est totalis causa sed bene est vna causa partialis. Contra istā solutionē arguit: si deus assumpsisset naturā humanā ante lapsuꝫ primi hoīs vl hoc fuisset propt dignitatē hoīs vel propt necessitatē non pōt dari primū: qz natura angelica est dignioꝛ: ⁊ per ꝓns potiꝰ assumpsit naturā angelicā quā hūanā: nec pōt dari scōm: qz tūc nullū erat peccatū ex hypothesi: ergo nulla erat necessitas: ⁊ per ꝓns deꝰ nō fuisset tunc incarnatus. Ad hāc replicā resp̄ōdetur negādo aliquod illoꝝ quę assumunt in maioꝛi: sed ideo incarnatus fuisset: vt dñs deꝰ ostēdisset aliquē effectū infinitū: ⁊ per ꝓns vt manifestaret suā omnipotentiam.

¶ Alia est opinio diui Thome ⁊ diui Bonauenturę tenētiū partē negatiuā. s. qđ deus non fuisset incarnatus si primus parens nō peccasset. Nā fundamentū istoꝝ doctorum est tale: qz illa quę emanant a voluntate diuina supra omne debitum creaturę rōnalis nō possunt nobis innotescere: nisi per sacrā paginam per quā volūtas diuina nobis innotescit: sz in sacra pagina vbiq traditur qđ causa incarnationis est peccatū primi parentis: ergo si primus parens non peccasset deꝰ non fuisset incarnatus.

¶ Contra istā opinionē arguitur autoꝛitate Aurelij Augu. in li. de spū ⁊ ala dicentis: totū hominē assumpsit vt totū hoīem beatificaret: sed hō erat beatificādus cuius primus parens nō peccasset: ergo deus incarnatus fuisset quāq primus parens nō peccasset. insuper in. 13. de trinitate asserit qđ multę sunt alię causę incarnatiōis pręter restaurationē naturę humanę. Ad hoc argumentū rñdetur qđ beatitudo hoīs non est causa principalis incarnationis sed bene est causa minus principalis. Et de tali causa minus principali intelligitur authoꝛitas Aug. silr ⁊ alia autoꝛitas eiusdē

¶ Secundo arguitur sic glosa super illud ad Hebręos. 2. nusq angelos apprehendit: dicit: non angelicę nature data est hęc dignitas: vt diuina persona ei vniretur sed humanę naturę: ergo quāuis primus parens nō peccasset deꝰ incarnatꝰ fuisset ꝓnia probatur: qz teste philosopho nō frustra est potentia q nō reducitur ad actū. Ad hoc argumētū rñdetur negando ꝓniam ⁊ ad probationem dico qđ maxima philosophi intelligitur: qñ tps aut locus illud requirit modo si primus parēs non peccasset: nec tps: nec locus: nec aliquid aliud requirebat talez incarnationē. Cōtra istā solutionē arguitur ecclesia fuisset tunc: quāuis

primus parens nō peccasset ꝛ eccle sia requirebat talē incarnationē: er go solutio nulla minor ꝓbatur se queretur qō fuisset acephala. i. sine capite ꝓfis est absurdū: ergo seque la ꝓbatur teste Aurelio Augusti. super Joānem filius dei est caput ecclesię scōm humanitatē: sed tunc nō habuisset humanitatē: ergo tūc non fuisset caput eccl'ię. Et per ꝓns ecclesia esset tunc acephala. Ad hāc replicā respondetur negādo minor em ꝛ ad ꝓbationē negatur ꝓnia rō est: qz filius dei nō solū est caput ecclesię quo ad humanitatē ꝫ etiā quo ad diuinitatē: ꝛ sic licet tunc nō fuisset filius dei caput ecclesię secūdū humanitatē: fuisset tñ caput ecclesię secūdū diuinitatē. Cōtra istā solutionē arguit. Adā ante lapsum quando dixit illa verba. Geñ. 2. ca. Hoc nunc os exossibus meis. ꝛc. Scōz oēs doctores cognouit mistē riū incarnatiōis: ergo peccatū nul lomodo est causa incarnatiōis. Ad hanc replicā rñdet negando ꝓnam rō est: qz licet dñs deus reuelauerit primo parēti effectū. s. misterīū in carnationis: nō tñ reuelauit ei causam illius effectus. s. peccatū ipsi⁹ Cōtra istā solutionē arguit: sequeretur qō prim⁹ parens reportasset cōmodum de sua malicia ꝓfis videtur absurdū: ergo sequela patet si non peccasset primus parens deus nō fuisset incarnatus: ꝛ qz peccauit deus fuit incarnatus: ergo reportauit cōmodū de sua malitia. Ad hoc respondetur qō benignitas ꝛ mia dñi dei fuit causa principalis incarnationis voluit em ostendere dñs de⁹ illud apostol ad Rom. vbi abū dauit delictū superabūdauit ꝛ gra. Nec incōuenit qō de per accidēs re portauerit cōmodū sicut dictū ē su perl⁹. Contra istā solutionē arguit ante lapsum matrimoniū fuit iter Adā ꝛ Euā ꝛ tale matrimoniū secū duz apostol. ad ephe. 5. cap. signifi cabat cōiunctionē christi cū ecclesia ergo quāuis primus parēs nō pec casset adhuc filiꝰ dei incarnatꝰ fuis set. Ad hanc replicā rñdetur qō ma trimoniū primorū parētū duplicē cōiūctionē significabat vnā quo ad ꝙ ad charitatē ꝛ alterā ꝙ ad hūani tatē: ꝛ ꝓptera ꝓnia nō valet. Mā licz filius dei nō fuisset tūc vnitus eccle się quo ad humanitatem fuisset tñ vnitus quo ad charitatem.

¶ Tertio arguitur sic ad omnī potētiā diuinę virtutis pertinet vt opera sua perficiat ꝛ se manifestet per aliquē effectū infinitū sed nul la pura creatura pōt dici effectus in finitꝰ: sed in solo opere incarnationis videtur manifestari ifinitꝰ effectus: in quo maxime videtur perfi ci vniuersum ꝑ hoc qō vltima creatura q̄ est hō ꝓiūgit primo ꝓncipio s. deo: ergo quāuis primꝰ parēs nō peccasset: adhuc deus incarnatus fuisset. Ad hoc argumentū rñdet q̄ dñs deus satis monstrauit suā om nipotentiā in hoc qō oīa ex nihilo creauit. Et ideo nō sequitur qō dñs deus debebat incarnari ad ostendē dam suā oīpotentiā. Cōtra istā so lutionē arguitur deus pater ab ęter no ꝓuidit ꝛ prędestinauit filium suū icarnādū: ꝙ quāuis ꝓmꝰ parēs

nō peccasset: filius dei incarnatio nis fuisset ꝓfia ꝓbatur: qz alꝫ seq retur qō prędestinatio dei non esset certa qō est absurdū. Ad hāc repli cā rñdetur negādo ꝓnam: ꝛ ad ꝓba tionē nego q̄ sequatur illud. s. q̄ prędestinatio dei non sit certa. Mā si ab ęterno deus pater sciuit filiū suū incarnandū: ita etiā ab ęterno sciuit Adā peccaturū: ꝓposito quod Adā non peccasset: negandū est tūc qō deus pater prędsciuit filiū suum incarnandū: immo tūc prędsciuisset oppositū. scilicet filiū suū non fore incarnandū. Circa istā. q. dubitat an deus principaliꝫ sit incarnatꝰ prō pter peccatū originale vl' actuale. Ad hoc rñdet qō principaliꝫ est incar natꝰ de⁹ propt̄ pctm originale res picit: rō ē: qz oēs: actuale solū respi cit vnā singularē personā: et bonū cōmune teste philosopho nō est bo num diuinū qō preferendū est par ticulari: ideo principaliter propt̄ bo num nature humanę deus est incar natus minus vero principaliꝫ prope bonū particulare. Dubitatur. 2. an incarnatio debebat fieri in principio vel in fine mundi. Ad hoc rñdetur negatiue: sed circa medietatē iuxta illud Abacuch. 3. cap. In medio an norū notū facies. s. Christuz rō est quia si in fine facta fuisset incarna tio paucis aut nullis profuisset. Et si in principio fuisset facta iā nulla esset fides propt̄ ea cōuenientissi me facta est icarnatio circa mediū annoꝝ mundi quāuis vltra mediū vt dicit apostol. ad Galat. 4. capi. Dubitat. 3. an fuit necessariū ad re parationē ghis hūani deū incarna ri prō huius dubij solutione est ad uertendū qō necessariū capitur bi fariā. Vno modo sine quo aliqs nō pōt esse sic ꝛ cib⁹ est necessariꝰ hoi ꝙa sine cibo nō pōt hō viuere. Alio modo dicitur necessariū per quod melius ꝛ cōuenientius peruenit ad finē: vt equus est necessariꝰ ad iter faciēdū: nihilominꝰ sine eo bñ pos sumus iter facere: isto notato rñdet negatiue ad dubiū: si capit li necessariū primo mō si vero capiat scōo mō li necessariū rñdet affirmatiue.

¶ Queritur quinto circa eādē distin. an solus filius dei naturā humanā sibi vniuit hipostatice siue in vnitatē suppositi: prō huiꝰ difficultatis elucidatiōe est notādū qō natura nō capit in proposito prō altera parte cōpositi naturalis. s. p materia vel forma sicut capit philosophus noster in. 2. physicoꝝ. Nec capitur etiā prō natura cōi: quam pone quę nō solū habet esse obiectiuū ra in aīa sed habet esse reale ꝛ sic natura in isto libro nihil aliud est ꝙ res realiter ꝛ actualiter existens. Et sic quęlibet res mundi: quę realiter ꝛ actualiter existit dicitur natura ꝛ exconsequenti quodlibet accidens dr̄ natura vt albedo ꝛ nigredo: ꝛ sic de alijs. Suppositū sic diffinitur ē ens cōpletū non sustentatū ab alio nec natū alteri inhęrere aut alterū informare per primā particulā. scz per li ppletū excludunk oēs partes ꝛ sic brachiū nō est suppositū: neq̄ caput: neq̄ pes: ꝛ sic de alijs per se cundā particulā excluditur humani

tas Christi. Ālicet sit ens cōpletum non tñ est suppositū: quia sustētatur ab alio. s. a verbo diuino per tertiā particulā excluduntur accidētia in sacramento altaris: z quod libz aliud accidēs p penultimā particulā excluduntur oēs aiē z formę Persona sic diffinit a Boetio in libro de duabus naturis cōtra Nestorium. Est rōnalis naturę idiuidua sba. Et a Ricardo de sancto victore describit qđ est intellectualis naturę incōmunicabilis sba: sed reuera breuius z clarius describit a Guillelmo occham. s. persona est suppositū intellectuale. z per illā particulam intellectuale excludunt boues z cetera aialia bruta. Nā licet sint suppositā non tñ habent intellectū z ideo non sunt personę. Existis patet qđ oīs persona est suppositū: z omne suppositū est natura: non tñ e diuerso hipostasis grece: latine idē est: qđ suppositū: z ideo vniri hipostatice nihil aliud est quā vniri i vnitatē suppositi. Et si quęras quid est personā vniri alicui rei in vnitatez suppositi. Respondetur q est taliter vniri illi rei: q si talis res esset separata a tali persona esset suppositū. Exista diffinitiōe sequit q verbū diuinū i triduo nō vniebat aiē aut corpori in vnitatē suppositi rō est: quia si aia esset separata a verbo diuino nō esset suppositū sili: nec corpus esset suppositū. Sequitur. 2. q impossibile est deū assumere aliqđ accidēs in vnitatē suppositi rō est: q accidens non pōt esse suppositū.

¶ Istis notatis respōdetur ad quęstionē per tres cōclusiōes. Quarū pma est ista. Filius dei naturā humanā sibi vniuit ista: pclusio patet per illđ Joā. 1. Et verbū caro factū est. 2. pclusio est ista filius dei naturā humanā sibi vniuit hipostatice ista cōclusio pbatur: si humanitas eēt separata a verbo diuino esset suppositū z est ipsi verbo vnita: ꝙ est vnita hipostatice. Tertia pclusio ē ista solus filius dei est incarnat⁹ ista cōclusio teste Aurelio Augu. in libris de trinitate nō pōt alia via pbari nisi autozitate sanctę matris ecclię ita docentis nos oēs christianos.

¶ Cōtra primā conclusionem arguitur sic sequeretur q filius dei esset cōpositus pñs est absurdū: qa de⁹ est spūs indiuisibilis: ergo cōclusio falsa: sequela pbatur filius dei est vnitus humanitati: ergo ex filio dei z hūanitate resultat quoddam cōpositū. Ad hoc argumentū rñdetur negando sequelā z ad probationē negatur pña: rō est: quia p hoc q filius dei incarnatur nullum ens incipit esse. Et si nunc filius dei relinqueret humanitatē: nullū ens desineret esse. Et in hoc fuit deceptus Gregorius de Arimino: qui cōcedit in responsionib⁹ ad. 17. z. ad 18. argumenta. 2. q. 28. distin. 1. sententiaz: istas propositiones. s. filius dei z humanitas sunt vna persona filius dei z humanitas sunt Christus quę ambe sunt hęreticę. Cōtra istā solutionē arguitur i simbolo Athanasij approbato in cōcilio. Micenō q sanctam matrem ecclesiā habet sicut aia rationalis z caro vna est hō.

Ita deus z hō vnus Christus: ergo sicut hō cōponit ex carne z aia: ita Christus pponitur ex deo z hūanitate. Ad hanc replicā rñdetur negādo pñam: rō est: q li sicut nō dicit oīmodā similitudinē ꝫ aliqualē vi delicet q sicut ad hoiem requiruntur caro z aia: ita etiā ad Christuz requiruntur diuinitas z hūanitas: alias non erit Christus nisi habeat diuinitatē z hūanitatē. Cōtra istā solutionē arguitur: sequeret q isti duo termini hō z nō hō verificarē tur de filio dei: sed respōsio huius patet ex logica.

¶ Secundo arguitur cōtra tertiam conclusionē pater z spūsanctus sunt incarnati: ergo non solus filius est incarnatus añs probat teste Aurelio August. in. 1. z. 12. libris de trinitate: opera trinitatis ad extra sūt indiuisa: ita q quidquid facit filius facit pater z spūssanctus z ecōuerso: ergo si filius est incarnatus: pater z spūssanctus sunt incarnati. Ad hoc argumentū rñdet negādo añs z ad probationē negatur pña: rō ē quia licet ad incarnationē filij tātū fecerint pater z spūssanctus sicut filius: nō tñ oportet q pater z spūsanctus sunt incarnati: rō est: quia filius solus vnitur humanitati z nō pater nec spūssanctus: z datur manifesta instantia. Nā si duo iuuent Platonē ad induendū vestē: tunc tñ faciunt ipsi sicut Plato: immo est possibile q Plato nihil faciat: z tñ Plato erit indut⁹ z illi qui iuuant non erūt induti. Contra istaz solutionē arguitur pater z filius sūt vnū iuxta illud Joānis. 10. Pater z ego vnū sumus: ergo si filius est incarnatus filius est incarnat⁹. Ad hanc replicā rñdet negando pñam certū em est q pater est ingenitus z filius est genitus: z tñ sunt ynum ideſt vna essentia. Contra istā solutionē arguitur vna persona in diuinis nō pōt cognosci vel amari sine alia: ergo non pōt vna incarnari sine alia: pña tenet: quia nō videtur maior rō de vno ꝫ de alio. Ad hāc replicā rñdetur negando pñam: z ad pbationē negatur q non sit maior ratio de vno ꝫ de alio: z datur rō a doctoribus siue discrimē: quia añs habemus ex fide catholica; iuxta illud saluatoris Philippe: qui videt me videt z pręz: z si cognoscere tis me: vtiq patrē meū cognoscetis. zc. Et opposituz pñtis habemus ex fide: pōt tñ dari alia rō. s. q si personę cognoscūtur aut amant cognoscuntur vel amātur sub eadē rōne boni vel veri: z eadē est bonitas z veritas in tribus personis id circo nulla eaꝝ potest cognosci aut amari sine alia: z nō ita est de incarnatione quia non est eadē rō terminandi illā dependentiā hūanitatis ad diuinitatē in trib⁹ personis. Cōtra istā solutionē arguitur pater est ita pręsens humanitati sicut filius suus: ergo si filius est incarnat⁹: pr etiā est incarnatus: añs patet de⁹ pater est vbiq per essentiā pręsentiam z potentiā: z specialiter est in aia Christi per gratiā: ergo de⁹ pater est eque pręsens hūanitati christi sicut filius suus. Ad hāc replicā rñdetur negādo pñam: rō est: quia

filiꝰ cõcat sua idionata hõmini nõ autẽ deus pater. Cõtra istã solutionẽ arguitur sequereꝝ q aliquid faceret filius q non faceret deus pat ꝓns est absurdũ: ergo sequela ꝓbatur: filius assumpsit humanitatez ꝛ pater non sibi assumpsit humanitatem: ergo aliquid fecit filius, quod non fecit pater. Ad hanc replicã respondeꝝ negando sequelã: ꝛ ad probationẽ negatur ꝓnia: rõ est: qa deꝰ pater tantũ fecit in assumptione filij respectu hũanitatis sicut ipe filiꝰ

¶ Tertio arguitur: si filius dei esset incarnatꝰ sequeretur q essentia diuina esset incarnata: ꝓns ẽ falsum: ergo sequela ꝓbatur essentia diuina ẽ vnita humanitati: ḡ essentia diuina est incarnata: ꝓnia tenet: quia propꝝ eandẽ causam filius dei dr esse incarnatus. s. quia filius dei est vnitꝰ humanitati. Ad hoc argumentum rñdet quidã doctor neotericus negãdo sequelã sed nõ rñdet ad ꝓbationem. Nec respexit Damascenũ qui in. 3. ssiaꝝ illã cõcedit: ꝛ allegat diuũ Athanasiũ: ꝛ diuum Cyrillũ illã cõcedentes pariforma diuꝰ Thomas in. 3. parte suę summę illã ꝓcedit. Propꝝ ea rñdeo ad argumentũ concedendo sequelã ꝛ negando minorẽ. Et si probes essentia diuina est incarnata: ergo essentia diuina patitur: ꝓns est falsum: ḡ ꝛ anis. Ad hoc negatur ꝓnia sicut nõ sequitur: essentia diuina amak a bono Christiano: ergo essentia diuina patitur.

¶ Querit sexto an pater ꝛ spiritussanctꝰ potuerint incarnari: pro huius. q. intelligentia est aduertendum q assumptio duo dicit siue importat. s. actũ assumẽtis ꝛ terminũ assumptionis principiũ actus assumendi siue causa efficiens est virtꝰ diuina: quę cõmunis est tribus personis terminus autẽ assumptionis est persona in cõi: ꝛ ꝺa pater ꝛ spiritus sanctus sunt personę: sequitur manifeste q possunt terminare assumptionẽ alicuius naturę creatę. Isto notato rñdetur ad. q. affirmatiue. Ista conclusio ꝓbatur: quia pater ꝛ spũssanctus hñt oia requisita ad incarnationẽ cũ sint personę potentes terminare huiusmodi assumptionẽ: ꝛ per ꝓns possũt pater ꝛ spiritussanctus incarnari.

¶ Contra istã responsionẽ siue conclusionẽ arguitur sic si pr̃ posset incarnari: tunc pater esset filiꝰ: ꝓns est falsum: ergo cõclusio nulla anis ꝓbatur ꝓ minori parte sequeretur q in diuinis essẽt duo filij ꝓns videtur esse absurdũ ergo. Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo sequelam simpliciter: nã pater põt creare vnã humanitatẽ de nouo ꝛ illã sibi vnire: ꝛ tunc certus est q nullius esset creaturę filius ipse pater: sed dato consequente q pater sit filius ita q incarnetur eodẽ mõ sicut verbum diuinũ ex purissimis sanguinibus alicuius virginis negatur minor: ꝛ ad probationẽ cõcedo q tũc pater esset filius: sed non esset filiꝰ alicuius personę diuinę: sed bñ ẽct filius illius virginis: ex cuius sanguinibus assumpsisset humanitatẽ Nec inconuenit q sit pater quo ad

diuinitatẽ: ꝛ filius quo ad humanitatẽ. Contra istã solutionẽ replicaꝝ sequeretur q pat posset mitti ꝓns est hęreticũ: ergo solutio nulla: seq̃la ꝓbatur pater põt incarnari: ergo põt mitti ꝓnia tenet: quia filium incarnari est filiũ mitti. Ad hãc replicã rñdetur negando sequelã ꝛ ad probationẽ negatur ꝓnia: ꝛ ad ꝓbationẽ cõcedo q filiũ incarnari est filiũ mitti: sed incarnari ꝛ mitti non sunt termini sinonymi: qr mitti importat q sit ab alia persona: mõ pater nõ procedit ab alia ꝑsona: ideo pater nequit mitti: sed bene filiꝰ ꝛ spũssanctus possunt mitti: quia ambo procedũt a persona patris. Cõtra istã solutionẽ arguitur per incarnationẽ hoies assequti fũt adoptionẽ filiorꝫ dei: iuxta illud apostol. ad rom. 8. Non accepistis spũm seruitutis: sed spũm adoptionis filiorꝫ: sed filiatio adoptiua ẽ similis filiationi naturali: quę non conuenit patri nec spiritui sancto: ergo pater ꝛ spũssanctus non possunt incarnari Ad hanc replicã rñdetur negando ꝓniam: rõ est: qr si solus pater esset incarnatus adhuc assecuti fuissemꝰ adoptionẽ filiorꝫ dei: rõ est: qr tunc pater scõm hũanitatẽ cẽt filiꝰ adoptiuus sui ipius ꝑm diuinitatẽ. Cõtra istã solutionẽ replicatur q ẽ propriũ vni personę non põt alteri personę cõuenire: sed incarnari est propriũ filio: ergo non potest cõuenire patri aut spũisancto. Ad hanc replicã rñdetur distinguẽdo maiorem vel de propio. 4. mõ. ꝛc. Conceditur illa ꝛ negatur minor: vel loquendo de propio. 1. aut. 2. mõ. ꝛc. Regak illa maior. Immo si solꝰ pr̃ fuisset incarnatꝰ tũc icarnari fuisset ꝓpriũ patri: ꝛ nõ filio nec spũisctõ.

Arca septimã distinct. queritur primo. An sit mutua ꝯmunicatio idiomatũ vtriusq; naturę xpi sez diuinę ꝛ hũanę. Pro hui⁹ difficultatis endatiõe est no. Primo q idioma grece: latinę: dicit ꝓprietas: sed in hac materia capitur pro cõcreto importãte ꝓprietatẽ. Et ideo mutua comunicatio idiomatũ nihil aliud est q; mutua verificatio ꝯcretoꝝ vtriusq; nature de se inuicẽ pro supposito subsistẽte in illis naturis. Secũdo est no. q tria sunt gña cõcretoꝝ primum genus est illoꝝ quę immediate supponunt pro re: ꝛ nõ per aliqd mediũ. i. quoꝝ formale nõ distinguitur a materiali: vt sũt ista idẽ: diuersum: informatũ: dependere: subijci suppositari assumi. ꝛ sic de al⁹. Tertium genus est illoꝝ quoꝝ formale distinguitur a materiali: vt albũ: nigrũ: calidũ: ꝛ frigidũ. ꝛ sic de alijs. Tertiũ genus est illoꝝ quę pro aliquibus supponunt immediate: ꝛ p alijs mediate: vt calefactiuũ: frigefactiuũ: disgregatiuũ. Nã calefactum immediate supponit pro ipso calore: mediate vero pro igni qui calefacit mediante calore. Tertio est no. q illa regula logica est presupponenda. s. aduerbiatẽ propositiõis affirmatiue requiritur extrema supponere pro eodẽ. Quarto ẽ no. q in hac quęstione non est sermo de propositionibus exponibilib⁹: qz de ipsis in sequẽtibus distin. videbim⁹. Quinto est notandũ q volens intelligere hanc materiaz debet semper aspicere ad vnionẽ accidentis cum subiecto. Nã iter oẽs vniones talis vnio magis assimilatur vnioni hypostatice q̃ aliqua alia vnio. Sexto est notandũ q si proponatur aliqua propositio non cõsueta concedi a doctoribus catholicis quãuis extrema supponant pro eodẽ non est cõcedenda sine distinctione sed distinguenda est: ꝛ tunc potest concedi in sensu catholico: ꝛ negari i altero sensu ꝛ iuxta illõ notabile oportet propositiones quę sequuntur intelligere. Quaꝝ prima est ista cõcreta primi generis vel ordinis quę cõpetũt humanitati non verificantur de verbo preter cõcreta cõmunia vtriq; naturę: qz de talibus nullũ est dubiuz quin mutuo verificantur de se inuicem ꝛ de verbo: vt ista esse viuere ꝛ sic de alijs. Ex ista ꝓsie sequitur qõ iste sunt negande verbũ est finitum verbũ est limitatũ: verbũ est assumptum: verbũ est idẽ huicrei demonstrando humanitatez. ꝛ sic de alijs. Scõa conclusio est ista concreta primi ordinis quę cõueniunt verbo diuino verificantur de concretis nature humanę: non aũt de ipsa natura humana. Ex ista ꝓsione sequit ꝑmo q oẽs iste vere sunt: hõ est deus: hõ est creator: hõ est infinit⁹: hõ ẽ eternus impassibilis: incorruptibilis: immortalis. ꝛ sic de similibus. Sequitur scõo q oẽs isti termini istius primi Corollarij negantur de humanitate. Nã humanitas non est deus: neq; creator: neq; infinita. ꝛ sic de alijs. Tertia conclusio est ista cõcreta scõi ꝛ tertij ordinis vtriusq; nature verificant de se inuicẽ. Ex ista cõclusione sequitur q omẽs iste sunt concedende xp̃s est alb⁹: passibilis calefactiuus: corpore⁹: risibilis: flebilis: generabilis: mortalis. Quarta ꝯclusio est ista abstracta naturarum non verificant de se inuicẽ. Ex ista ꝓsione sequit oẽs istas esse falsas: deitas est humanitas: deitas ẽ passibilitas: humanitas ẽ essentia diuina: humanitas est diuinitas: ꝛ sic de alijs. Quinta cõclusio est ista abstracta nature humanę non verificantur de verbo diuino. Ex ista conclusione sequitur omnes istas esse falsas verbũ diuinũ est humanitas Christus est humanitas creator est humanitas: persona filij est humanitas. Sexta cõclusio est ista abstracta nature diuinę non verificant de concretis nature humanę vniuersaliter. Ex ista cõclusione sequit istas esse falsas essentia diuina est passibilis: essentia diuina est mortalis: essentia diuina ẽ creata. ꝛ sic de alijs similibus.

¶ Contra istas conclusiones arguitur sic sequeretur q ista esset falsa: deus est hõ ꝓsis est hęreticũ ꝛ contra ipsasmet conclusiones: ergo ꝓsies nullę sequela probatur ille terminus hõ est cõcretũ primi ordinis ꝛ verificatur de humanitate: ergo rificari de deo: ꝛ per ꝓsis ista est falsa deus est hõ. Ad hoc argumentuz rsidetur negando sequelã: ꝛ ad probationem negatur q li hõ vt conuenit verbo diuino sit concretũ nature humanę primi ordinis. Immõ nullí hoi conuenit in tali significantia. Nam vt conuenit filio dei tantũ valet li hõ sicut verbũ diuinũ sustẽtãs naturã humanã. Cõtra istã solutionem arguitur si ista esset vera deus est hõ sequeretur q haberem⁹ deũ recentẽ ꝓsis est contra illud psalmi sto. Audi israel ꝛ cõtestabor te: non erit in te deus recens: ergo nunc est deus ꝛ ante incarnationem non erat hõ de⁹: ergo habem⁹ deũ recentẽ. Ad hanc replicã rsidetur negando sequelã:: ꝛ ad probationem negatur ꝓsia: rõ est: quia ille hõ qui nunc est deus ab ęterno fuit deus sicut ipsemet testatur anteq; Abrahã fieret ego sum. ¶ Contra istã solutionem replicatur iste terminus deus est no⁹ nẽ incõmunicabile creaturis ergo non debet cõcedi illa hõ ẽ deꝰ asis probatur sapientię. 13. reprehẽdunt idolatrę: quia cõmunicabant hoc nomẽ deus creaturis. s. lignis

clapidib⁹ ergo nō debemus cōmunicare homini hoc nomē deus. Ad hanc replicā rīdetur distinguendo añs vl quo ad naturam creatā ꝛ sic transeat: sed nontalr cōmunicam⁹: qz si cōmunicamus hoc nomē deus homini non cōmunicamus ipi quo ad naturā creatam: sed quo ad naturam diuinā idcirco quo ad naturam diuinā bene pōt cōmunicari. Sed si cōmunicaret quo ad naturā creatā tunc esset peccatum.

¶ Scōo arguitur sic sequeret q̄ termini cōtrarij ꝛ ꝓuatiue oppositi ꝛ cōtradictorij verificarētur de eodem ꝓñs est impossibile ꝛ contra regulas ꝛ principia logicoꝝ igitur cōclusiones nullę: sequela probatur istę sunt verę christus est passibilis christ⁹ est impassibilis xp̄s est mortalis: christus est immortalis: xp̄s est tristabilis: xp̄s est nō tristabilis igitur sequela ꝝa. Ad hoc argumētum rīdetur distinguēdo sequelam vel in sensibus in quibus sunt priuatiue oppositi ꝛ cōtradictorie oppositi ꝛ sic negatur illa nec probat in isto sensu vel in sensibus in quib⁹ non sunt priuatiue oppositi ꝛ contradictorie oppositi ꝛ sic cōceditur illa ꝛ negatur minor. Nā logici intelligūt suas regulas in sensib⁹ cōtradictorijs: vnde istę propositiones xp̄s est impassibilis: xp̄s est immortalis faciunt istos sensus. ſ. xp̄s est habēs naturā impassibilē xp̄s ē habens naturam immortalē: ꝛ in istis sensibus cōcedūtur ꝛ tuncilli termini non opponūtur alijs duob⁹ terminis. ſ. mortalis ꝛ passibilis nec priuatiue nec ꝓ contradictorie. Cōtra istaz solutionē arguitur illi termini passibile mortale ꝛ tristabile important imperfectionē ergo nō possunt xp̄o cōpetere ꝓñs probat qz alias etiā peccare ꝛ fallere ꝛ falli possent cōpetere xp̄o: qd̄ est oīno absurduz. Ad hanc replicā rīdetur negando ꝓñam: quia non cōpetunt ei quo ad naturam diuinā: sed quo ad humanam ꝛ ad probationem nego q̄ illa prędicata peccare fallere ꝛ sic de alijs possint competere xp̄o: rō est qz importāt culpę deformitatem: alia vero solū importāt quosdā defect⁹ siue pœnalitates ꝛ iō bene possunt conuenire christo.

¶ Queritur scōo circa hanc distin. an istę sint cōcedendę verbum factū est hō: deus factus est hō: hō factus est deus: verbū factū est aliquid. Pro h⁹. q. intelligētia est aduertendū q̄ ad hoc q̄ aliquid dicat factum esse aliquid sufficit q̄ illud verificetur de illo ꝛ antea nō verificabatur. Isto notato rīdetur ꝓ aliquas cōclusiones: quarū prima est ista hę est catholica: verbū factum est hō: similr ista deus fact⁹ est hō: ista cōclusio ꝓbat authoritate Joānis in ꝓio cap. dicentis verbū caro factū est ꝛ secūdū glosam August. li caro tm̄ valet sicut li hō: ita q̄ sensus est verbū caro factū est. i. verbum factū est hō: probatur etiā authoritate Ecclię vlis in cōcilio Miceno cōdentis symbolū magnū in quo habetur ꝛ hō factus est: probat etiā ratione post incarnationē verbum est hō ꝛ ante incarnationē non erat homo ergo verbū factū est hō: ꝓña patet ex notabili. Scōa cōclusio est ista: hęc propositio hō factus est deus secūdum doctores facit triplicem sensum. ſ. vt li factus determinet li hō: vel li deus: vel totū cōpositū: cuius vltim⁹ sensus sit improprius. ſ. factū est: vt hō sit de⁹: tamē est verus ꝛ catholicus similr primus: sed secūdus est falsus ꝛ hęreticus. ſ. vt li factus cadit supra li deus: proportionabilr est dicēdum de ista deus fact⁹ est hō. Tertia cōclusio est ista hęc. conclusio est hęretica verbū factū est aliquid. Ista cōclusio probatur: quia li aliquid ab ęterno verificabat de ꝝbo diuino.

¶ Contra istas conclusiones arguitur: bene sequit deus factus est homo: ergo hō factus est deus ꝓñs est falsum ergo ꝛ añs. Ad hoc argumētum facile est rīdere ex scōa cōclusione distinguēdo quid determinat li factus: nā si determinat varios terminos in añte ꝛ ꝓsite: ꝓña nō valet qz cōmittit ꝛ equiuocatio ꝛ variatur appellatio: ꝛ si li factus determinat li deus falsa est quęlibet talis. ¶ Cōtra istam solutionē arguitur per authoritatē apli ad Romanos primo dicentis: qd̄ antea promiserat ꝙ prophetas suos in scripturis sanctis ō filio suo: qui factus est ex semine David. Similr Augusti. in primo de trinitate inquit talis erat illa susceptio: qua hominē fecerat deum ꝛ deū hominē: ergo cuius li factus determinet li deus: quęlibet talis est cōcedenda. Ad hanc replicam rīdetur q̄ Apostolus seipsum exponit. Nā subiūgit postea immediate secūdum carnē: ꝛ authoritas Augu. debet intelligi sic. ſ. q̄ factuz est per talez incarnationē vt homo sit deus ꝛ de⁹ sit hō ꝛ ꝓpterea ꝓña replicę nō valet. Cōtra istam solutionē arguitur ꝗauthoritate Grego. rij Nazazeni dicētis in epla ad hedonē: deus quidē humanatus est ꝛ homo deitatus: sed iō dicitur humanatus: quia factus est hō: ergo ideo dicitur deitatus quia factus ē deus igitur. Ad hanc replicā rīdet negando ꝓñam: sed ideo: dicitur hō deitatus: quia humanitas vnita est diuinitati.

¶ Secūdo arguitur sic bene sequitur deus factus est hō ergo factus ē simplr: ꝓñs est falsum ergo ꝛ añs: maioz probat homo dicit substātiā ꝛ nullo modo accidēs ergo si factus ē homo fact⁹ est simplr: ꝓña tenet: quia videtur esse differentia inter productionē substātię ꝛ accīs. Ad hoc argumētum rīdetur negando maiorē. Et ad ꝓbationē negatur ꝓña: ꝛ ad probationez dico q̄ illa differētia ē bona naturalr: sed ō potētia dei nō valet. Contra istam solutionē arguit bene sequitur de⁹ factus ē homo ergo deus factus est aliquid ꝓñs ē cōtra vltimā conclusionē igitur añs: maioz probatur arguitur ab inferiori ad suū superius affirmatiue: ergo bñ valet. Ad hāc replicaz rīdetur negādo maiorē: ꝛ ad probationē dico q̄ arguitur cum distributione ꝛ equiualēter etiā negatiue vt patet aspicienti sensuz illi⁹ Cōtra istam solutionē replicatur si

deus factus esset hō sequeretur q̄ esset mutatus: quod est cōtra illud Malachie.3°.cap. Ego deus ꝛ non mutor: ergo solutio nulla: sequela patet quia mutatio ē genus ad oēs generationes ꝛ ꝓductiōes. Ad hāc replicā rīdetur negando sequelam ꝛ ad probationē dicitur q̄ illud habet verū naturaliꝝ: sed de potētia diuina nō est genus ad oēs generationes ꝛ productiōes. Et si ad hoc arguas bene sequitur deus factus ē homo ergo factus est filius dei: siꝝ bene sequitur q̄ deus factus ē ꝑsona filij. Ad hoc negat aūs ꝓpter variā determinationē de li factus. Ex qua sequit̄ varius modus significādi. Ideo etiā ista ꝑsia non valet xp̄s factus est christus: ergo xp̄s factus ē deus: nec ibi arguitur a conuertibilibus. Nam xp̄s ꝛ deus non conuertūtur. Nā ante incarnationē verbū erat deus ꝛ nō erat christus.

¶ Querit tertio circa cādē distin. an xp̄s sit homo dīuicus. Probus. q. intelligētia est notādū: q̄ cū dicitur homo xp̄s: iesus denotatur suppositū eternū: qđ est ꝑsona filij dei: ideo quia est vnū suppositum vtriusq̄ nature: de persona autē filij vere dicitur dīus ꝛ deus: ideo nō debet fieri verificatio per diminutionē. Nam hoc derogaret vnioni hypostaticę.

¶ Isto notato rīdetur per vnicam cōclusionē: quę talis est: hęc nō est concedenda xp̄s est hō dīuicus. Ista cōclusio ꝓbatur ista est cōcedēda xp̄s est verus dīus. Nā vt habet in Apocalypsi: iesus semur scriptū est. Rex regū ꝛc. ergo ista est negāda christus est homo dominicus.

¶ Contra istam conclusionē arguitur authoritate Aurelij august. in libro.83. quęstionū dicētis: monduz est: vt illa bona expectētur: quę fuerunt in hoie dīuico id est xp̄o ergo christus pōt dici hō dīuicus. Ad hoc argumētum rīdetur q̄ Aurelius augustinus in libro retractationum retractauit illa v̄ba ait enim nō videovtrū recte iesus xp̄s dicatur hō dīuicus: cūvtiq̄ sit dīus omniū. Contra istam solutionē arguitur christ⁹ dicitur esse homo diuin⁹: ergo pōt dici homo dīuicus: ꝓia tenet: q2 nō videt potior ratio ō vnō q̄ de alio: aūs patet expressa authoritate diui Dionysij in libro ō celesti hierarchia ipsuz taliꝝ vocātis. Ad hanc replicam rīdetur negādo ꝓiam ꝛ ad probationē negatur q̄ nō possit esse maior rō de vno q̄ de alio. Immo est magnū discrimē. Nam li dīuicus est nomen diminutiuū: Sed li diuinum ꝛ li diuinissimū non sunt nōia diminutiua idcirco patrē ꝛ filium ꝛ spiritū sanctuz vocamus personas diuinas ꝛ per locū a fortiori ꝛ maiori possum⁹ vocare diuinissimas. Contra istaz solutionē arguitur xp̄s vocat seruus ergo a fortiori hō dominic⁹: aūs patet authoritate apostoli ad philipp.2°.cap. ita vocantis eum. Ad hāc replicā rīdetur negādo aūs ꝛ ad probationē nego q̄ Apostol. vocet eum seruū. Sed bñ dixit q̄ xp̄s accepit formā serui: hoc est verū: quia assumpsit humanitatē quę est serui forma.

Dn diuina natura ō beat dici nata ō v̄gine. Di. VIII.



Ost predicta inquiri debet: vtrum de natura diuina concedē dū sit: q̄ de virgine sit nata: sicut dr̄ in virgine incarnata: Et videt vtiq̄ nō debere dici nata de virgine: cū non sit nata de patre. Que eñ res non est de patre genita non dr̄ de matre nata: ne res aliqua filiatiōis nomen habeat i humanitate q̄ illō non teneat in diuinitate. Videt tñ posso probari: q̄ sit nata de v̄gine: q2 si hoc est nasci deū de v̄gine. s. hominē assumere i vtero virginis: cum natura diuina superius dicta sit hominē assumpsisse. Videt debere dici nata. de hoc aūt August. in li. de fi. ad petrum sic ait. Natura eterna atq̄ diuina non posset temporaliter cōcipi ꝛ nasci ex natura hūana. nisi scōm susceptionē v̄itat̄ hūane verā tpaliter cōceptionem ꝛ natiuitatē ineffabilis in se diuitas accepisset Sic est deus eternus veraciter scōm tēpus ꝛ cōceptus ꝛ natus ex virgine. Ista autoritate videt insinuari q̄ natura diuina sit nata ꝛ cōcepta de v̄gine. Sz si diligenter notētur verba: potius de persona agi intelligit que sine dubitatione ꝛ ō patre ꝛ ō matre nata esse dici dz.

De gemina christi natiuitate quibus natus est.

¶ Queri etiam solet. Utruz debeat dici Christus bis genitus: vt dicit dei ꝛ hominis fili⁹?: Ad qđ dici potest Christū bis natū esse. duasq̄ natiuitates abuisse. Tñ Augu. in lib. de fi. ad Petrū. Pater de⁹ de sua natura genuit filiū deum sibi coecalē ꝛ coeternum. Idēquoq̄ vnigenitus deus scōo natus est ex patre semel. ex matre semel. Nat⁹ est eñ de patre dei verbū. Natus est de matre verbū caro factū. vn⁹ ergo atq̄ idē dei filius nat⁹ est ante secula: ꝛ natus in seclo. ꝛ vtraq̄ natiuitas vnius est fili dei. diuina. s. ꝛ hūana De hoc etiā Joā. damas. ait. Duas ergo Christi natiuitates veneramur. vnaz ex patre aūs secla que est sup cām ꝛ rationem ꝛ tps ꝛ naturā: ꝛ vnam que in vltimis tēporib⁹ propter nos ꝛ scōm nos ꝛ sup nos. ppt nos: q2 ꝓpter nr̄am salutē. scōz nos. q2 nat⁹ est homo ex mulie re: ꝛ tpe cōceptionis. s. nouē mē

sium. Super nos: qz nos ex semine: sed ex spūssancto z sancta virgine supra legem conceptionis. Ex his manifeste apparet Christi duas esse natiuitates. eū demqz bis natum fore.



Circa distinctionem octauā queritur primo vtrū natura diuina sit nata ō virgine. Pro huius. q. intelligētia est notandum qz multū differūt hec noīa. s. nasci generari: esse filiū: esse filiam. Nam filius z filia sunt noīa suppositorū generari autem z nasci denomināt quodcūqz productū per generationem aut natiuitatē siue sit suppositum siue natura siue pars suppositi. Isto notato rīdetur per duas cōclusiones ad titulū. q. quarū pma est ista. Natura diuina nō est nata ō virgine ista cōclusio probatur auctoritate Damascēni in. 3. libro dicentis nasci nō est naturę sed hypostasis. Ratione pbatur. natura diuina nō est producta ergo non est nata: pīa tenet a superiori distributo ad suuz inferius negatiue. Scōa cōclusio ē ista natura diuina nō est cōcepta de virgine. Ista conclusio probatur: si natura diuina fuisset cōcepta aliqñ fuisset nata. Sed nunqz fuit nata ergo natura diuina nūqz fuit pcepta

¶ Contra istas conclusiones arguitur primo sic. Natura diuina est incarnata ergo natura diuina est nata z cōcepta: pīa probatur bene sequitur natura diuina est incarnata ergo natura diuia est humanata z vltra est hūanata ergo est hō facta z per pīs est nata z pcepta. Ad hoc argumētum rīdetur negādo pīam z ad probationē distinguitur illa. s. natura diuina est hūanata: vel hūnata: id est hūanitati vnita z sic nego q bene sequatur vl est humanata. id est assūpsit hūanitatē z sic cōcedo q bene sequitur: sed añs ē falsum quare nihil probatur. Contra istam solutionē arguitur auctoritate Hilarij in. 9°. cap. de trinitate dicētis. Nihil nisi natū habet filius. Sed filius habet naturā diuinā ergo natura diuina est nata. Ad hanc replicā rīdetur negādo pīam z rō est: quia illa auctoritas Hilarij intelligit sic. Nihil habet filius nisi natuz: id est nascēdo. Nā nascendo a patre habet ipe diuinitatē z quidquid habet. Cōtra istam solutionez arguitur auctoritate expressa Aurelij august. in lib. de fide ad petrum: inquientis. Natura eterna atqz diuina nō posset temporalr concipi z nasci: nisi secūdum susceptionē veritatis humanę ergo natura diuina est nata z concepta de virgine. Ad hanc replicam rīdet z Magister in pīti distinctiōe q August. capit naturaz diuinā pro persona filij z oēs Doctores theologi sequūtur magistruz in hoc. Nā talis erat intentio August. vt patet legenti ꝟba circūstantia illam auctoritatē. Sed cōtra hoc adhuc replicat dictū est superius q vgo est mater dei z deus

diuina est nata. Ad hanc replicam negatur pīa ratio ē: quia deus cuz hoc: q est nomen naturę est etiā nomen personę. Nā indifferēter dicit de essentia vel persona.

¶ Scōo arguit sic sequeret q humanitas xpi nō esset nata de virgine pīs est falsum igitur cōclusiones nulle: sequela pbatur humanitas nō est hypostasis z teste Damasceno nasci est hypostasis z non naturę ergo hūanitas xpi nō est nata. Iā pbatur falsitas pīntis hūanitas xpi ē producta de substantia beatę vginis z est similis in specie ipsi virgini z emanauit a bea ergo hūanitas xpi nata ē ō vgie. Ad hoc argumētū rīdetur negādo seqlā z ad pbationē dico q Damascenus intelligit principalr. Non tamē inconuenit q nasci dicat minus principaliter de natura vel parte suppositi. Naz cōmuniter cōceditur q caput nascitur ante vētrem z tamē caput non est suppositū. Cōtra istam solutionē arguitur sequeretur q humanitas esset filius: pīs est falsum igitur sequela pbatur hūanitas xpi est nata ergo est filius vel filia. Ad hanc replicā rīdetur negādo sequelā z ad probationē negatur pīa ratio est data in notabili. cōceditur em q caput nascit simplr z pes: nō tamē cōceditur q caput vel pes sit filius. Et si dicas natiuitas terminat ad suppositū sed hūanitas non est suppositū ergo nō termiatur natiuitas ad humanitatē. Ad hanc replicā rīdetur negādo maiorē si intelligatur vniuersalr. Nam natiuitas capitis nō termiatur ad suppositum. Existis sequitur q nō omne natū ex virgine est filiꝰ vginis patet de hūanitate xpi z partibꝰ eiꝰ.

¶ Tertio z vltimo arguitur sic sequretur q hō nō verificaret de natura diuia pīs est falsum igit sequela pbatur. Natura diuina non est nata necqz cōcepta de virgine ex cōclusionibus ergo natura diuina nō est homo. Iam pbatur falsitas pīntis. Natura diuina est verbum diuinū z omne ꝟbum diuinū est homo ergo natura diuina est hō. Ad hoc argumentū rīdetur distinguēdo talē propositionē. s. natura diuina ē hō vel sensus est natura diuina est aliquid qō est hō z in isto sensu est catholica z concedenda: quia natura diuina est ꝟbū diuinū qō est homo. Si vero capiat in isto sensu natura diuina est hō. s. assūpsit naturā humanā negāda est z nō debet rīderi ad talē propositionē nisi cū distinctione. Cōtra istam solutionem arguitur in nullo sensu est cōcedenda ergo solutio nulla. añs probat sicut hz natura hūana ad eē deū: ita hz natura diuia ad esse hoiez. Sed natura hūana nullo modo est deus ergo natura diuina nullo mō est hō Ad hanc replicā rīdetur negando pīaz: quia li sicut nō dicit omnimodam similitudinē sed aliqualē. Cōtra istā solutionē arguitur. Si essentia diuina esset homo essentia diuina esset mortalis: pīs est falsum igitur sequela pbatur ois homo est mortalis natura diuina est hō ergo natura diuina est mortalis pīa est

indarij: sed aſis ē verū ergō ꝛ pñs. Ad hanc replicā rīdetur negādo sequelā ꝛ ad probationē negatur pñia ꝛ ad probationē negatur q̄ sit inda rij ratio est: qz nō cōcluditur maioꝛ extremitas ō minoꝛi. Sed oporteꝛ sic cōcludere essentia diuina est homo mortalis.

¶ Queritꝝ scō circa eandē distin. an xp̄s fuit bis genitꝰ. Ad hāc difficultatē rīdet Magiſter in pñti distin. affirmatiue hęc cōclusio siue respōsio, pbak authoꝛitate Auguſt. in libꝛo de fide ad petrū dicētis vnigenitus deus secundo natus est semel ex patre ꝛ semel ex matre. Probatur etiam authoꝛitate Damasceni in. 7°. cap. 3ⁱ. lib. dicentis: i xp̄o duas natiuitates veneramur: vnā ex patre ęternā ꝛ aliam ex matre tēpoꝛalem, pbatur etiā ratione xp̄s productꝰ est ęternaliꝛ a deo patre per quā, productionē genitus est ab ipo patre ęternaliꝛ ꝛ xp̄s productus est a matre per quā productionem genitus est ab ipa matre tēporaliꝛ ꝛ generatio ęterna ꝛ generatio tēpoꝛalis sunt duę generatiōes distinctę ergo xp̄s bis fuit genitꝰ. Cōtra istā conclusionē arguitur si xp̄s bis fuisset genitus sequeretur q̄ in xp̄o essent duę filiatiōes pñs est falsuz ꝫ pclusio nulla: falsitas pñtis pbak seq̄ret q̄ xp̄s eēt duo filij pñs ē cōtra illud in symbolo Athanasij. Non duo sed vnus est xp̄s ergo in xp̄o non sunt duę filiatiōes. Ja pꝛobatur sequela: in xp̄o sunt duę filiationes ergo christus ē duo filij: pñia pꝛobatur: quia tales filiationes distinguūtur specie. Ja pꝛobak ꝑma ꝛ sequela argumēti: christus bis fuit genitus ꝛ cuilibet generationi coꝛrespondet vna filiatio: ergo in xp̄o sunt duę filiationes. Pro hꝰ argumenti Enodatione ē notādū q̄ varię volitant opiniones circa difficultatez huiꝰ argumēti. Prima ē opinio beati Thomę: cui fauet sctūs Bonauētura: tenētꝛ q̄ in christo solum est vna filiatio. ſ. filiatio ęterna mediāte qua simul ꝛ semel christus dicitur filius dei patris ꝛ filius beatę virginis.

¶ Cōtra istaz opinionē arguit doctoꝛ subtilis ꝑmo sic: filiatio: qua christus dicitur filiꝰ ꝝginis est eiusdem speciei cū filiatione: qua Joānes dicitur filius matris suę: sed filiatio Joānis est quoddā accidens creatū distinctū a filiatione ęterna ipsius christi ergo filiatio qua christꝰ dicitur filius ꝝginis non ē eadē cū filiatiōe: qua ōz filiꝰ dei patris.

¶ Scō arguitur sic relatiōes non solū accipiūt distinctionē a fundamētis verū etiā a terminis. Sed filiatio: qua christꝰ dicitur filius virginis habet terminū distinctum. ſ. matrē a termino filiatiōis: qua xp̄s dicitur filius dei patris: ergo tales filiationes sunt distinctę.

¶ Tertio arguitur sic sequereꝝ q̄ in triduo ista esset vera christꝰ est filius ꝝginis ꝑmis est manifeste falsum: quia tunc non erat homo: nec erat tūc humanitas christi: ratione cuius ōz filius ꝝginis ergo tūc non erat filius ꝝginis sequela pbatur in triduo verbum diuinū erat ꝛ beata virgō erat ꝛ verbū diuinū habebat eandē filiationē quā modo habet: ratione cuiꝰ dicitur filius ꝝginis ergo in triduo ista erat vera verbū diuinū ē filius ꝝginis. Hęc argumēta nō pcludūtur: nā diuus Tho. ponit filiationē: quia xp̄s dicitur esse filius ꝝginis esse relationē rationis sicut alie relationes dei ad creaturas nihilominꝰ. Propter ista argumēta doctoꝛ subtilis tenet q̄ in xp̄o sunt duę filiationes vna ęterna ꝛ altera tēpoꝛalis: nec propterea sequitur q̄ xp̄s sit duo filij sicut non seq̄tur Petrus habet duas qualitates ergo est duo qualia.

¶ Contra istā opinionē arguitur sic dīs deus tēpoꝛaliter dicitur dīs respectu creaturę: ꝛ talis relatio: quę dicitur dīatio dei ad creaturam nihil ponit reale in deo: ergo filiatio tēpoꝛalis nihil ponit reale in xp̄o sed satis est: q̄ ponat in ipa matre. Ad hoc argumentū facile rīdet doctoꝛ subtilis q̄ filiatio tēpoꝛanea nihil ponit in xp̄o quo ad diuinitatē sed bene quo ad humanitatē. Tertia est opinio noīaliū tenentiū q̄ in xp̄o solū est vna filiatio. Nā filiatio nihil aliud est q̄ filius: cū ergo xp̄s solum sit vnus filius: sequitur q̄ in xp̄o solū ē vnica filiatio. Immo est impꝛopꝛia locutio in via noīaliū filiatio est in xp̄o: sicut ista sapientia est in deo. Nā sicut deus est sapientia, ita xp̄s ē filiatio: quāuis alia ratione xp̄s dicatur filius dei patris: ꝛ alia ratione dicatur filius virginis: qz ratiōe naturę diuinę dicitur filius dei patris: ꝛ rōne humanę naturę dicitur filius virginis. Contra istā opinionē nō possunt fieri nisi argumēta logica: ideo illa missa facie m°. Nā satis fuerūt discussa i logica.

¶ Queritur tertio circa eandē distin. an xp̄s est filius naturalis ratione vtriusq; natiuitatis. ſ. ęternę ꝛ tēpalis. Pro huiꝰ. q. intelligentia notādū: q̄ filiꝰ naturalis alicuiꝰ ōz ille filiꝰ q̄ est productꝰ similis in specie cū ipso patre. Isto notato rīdet ad. q. p quattuoꝛ pclusiōes. Quarū ꝑma est ista. xp̄s est filius naturalis dei pr̄is. Ista pclusio pbak xp̄s est filius, productus a deo pr̄e: ꝛ est ei similis quo ad naturā diuinā i specie: ergo pclusio vera. Scda cōclusio est ista xp̄s est filiꝰ naturalis diuę virginis. Ista pclusio pbak xp̄s est filius virginis ꝛ est eiusdē specieicū ipsa virgine ꝛm naturā hūanā: ergo pclusio vera. Tertia pclusio est ista xp̄s nō est filiꝰ naturalis dei pr̄is scōm humanitatē. Ista cōclusio pꝛobak xp̄s nō est similis in spē deo pr̄i scōm hūanitatē: ergo non est filius naturalis dei pr̄is scōm humanitatē. Quarta conclusio est ista xp̄s nō est filius naturalis diuę ꝝginis ꝛm diuinitatē. Ista cōclusio pꝛobatur xp̄s nō est similis in specie diuę ꝝgini ꝛm diuinitatē: ergo nō est filius naturalis diuę virginis scōm diuinitatē.

¶ Cōtra istas cōclusiōes argr sic nullꝰ q̄ est filiꝰ p gꝛam est filiꝰ naturalis diuę virginis sed xp̄s est filius ꝝginis p merā gꝛam dīi dei: ꝫ xp̄s nō ē filiꝰ naturalis diuę ꝝginis. Ad hoc argumentū rīdet distinguēdo maioꝛē: vel intelligit solū de gꝛa

adoptionis: ꝛ sic ꝓcedit ꝛ negat minor. Intelligēdo de eadē gr̄a adoptionis. Si vero intelligat de quaqū qꝫ gr̄a indifferenter negatur maior. Et si arguas xp̄s est genitus ex virgine per miraculū: ergo non est filiꝰ naturalis virginis: negat ꝓsia. Nō est: qz simul cū miraculo cōcurrebat natura virginis spūsctō ipsaz adiuuante. Et si adhuc arguas xp̄s volūtarie est genitus ex virgine: ergo nō est filiꝰ naturalis negat ꝓsia: nec incōuenit qꝫ natura ꝛ volūtas concurrant ad eundē effectū. Immo semp ita fuisset in ꝓmo parente: si mansisset in statu innocentię: vt egregie declarat diuus Bonauentura. Cōtra istā solutionē arguitur nullus filius naturalis est ꝓior suo ꝓncipio sed xp̄s est ꝓior suo ꝓncipio. s. matre: ergo xp̄s non est filiꝰ naturalis beatę virginis. Ad hāc replicā rn̄detur distinguēdo maiorē vel scōm naturā: scōm quā est filius. Et sic concēditur illa est negatur minor intelligendo eam ꝓportionabiliter. si vero intelligatur maior de quaqunqꝫ natura. negatur illa. Nam quamuis Christus sit ꝓior matre secundum naturam diuinā: est tamen posterior matre secundum naturā humanam.

De adoratione humanitatis christi. an eadem sit adoratio humanitati ꝛ deitati exhibenda.

Distinctio. IX.



Retereа inuestigari oportet. vtrz caro xp̄i ꝛ ania vna eadēqꝫ cuz verbo ōbeat adorati one adorari illa. s. q̄ latria ōr. Si eīn aie vel carni exhibet latria q̄ intelligit seruitus siue cultꝰ soli creatori debitꝰ. cū aia christi vel caro creatura tm̄ sit creature exhibet quod soli creatori debetur qō facięti in idolatriam deputat Ideo quibusdā videtur nō illa adoratione q̄ latria est carnē xp̄i vel aiam Christi esse adorandā: sz illa q̄ est dulia: cuiꝰ duas species vel modos esse dicunt. Est eīn cuiusdā modi dulia q̄ creature cuilibet exiberi pōt: ꝛ est quedā soli humanitati Christi exhibenda nō alij creature: quia xp̄i humānitas super omnem creaturam est veneranda ꝛ diligenda. Non tamē adeo vt cultus diuinitati debitus ei exhibeatur: qui cultus in dilectiōe ꝛ sacrificij exhibitiōe atqꝫ reuerentia cōsistit: qui latine dr̄ pietas. grece autez theosebia. i. dei cultus vel cusebia id est bonus cultus.

Aliorū sentētia qua vnā adorationem vtrisqꝫ exhibendam tradunt.

Alijs autē placet Christi humanitatē vna adoratione cū verbo esse adorādā: nō ꝓpt se sed ꝓpter illum cuius scabellū est cui est vnita. Necqꝫ ipa hūanitas sola vel nuda: sed cū verbo cui ē vnita: nec ꝓpter se: sed ꝓpt illū cui est vnita ꝛ adorāda. Nec qui hoc facit idolatriereus iudicari pōt: qz nec soli creature: nec ꝓpt ipam. sed creatori cū hūanitate: ꝛ in hūanitate sua seruit. De hoc Joānes damas. ita ait. Due sunt nature Christi: ratione ꝛ modo differentes: vnite vō scōm hypostasiz. Vnꝰ ergo xp̄s est deꝰ perfectus ꝛ homo ꝓfectꝰ quē adoramus cū patre ꝛ spiritu vna adoratione cū incontaminata carne eius. Non inadorabilem carnē dicentes. Adoratur enim in vna verbi hypostasi q̄ hypostasis generata est Non creature veneratiōnē ꝓbentes Nō ergo in nudā carnem adoramꝰ: sed vt vnitam deitati ī vnaz hypostasim dei verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonē tangere ꝓpter ligno copulatum ignem Adoro xp̄i dei mei simul vtrāqꝫ naturā: ꝓpt carni vnitam deitatē. Nō eīn quartā ap-

pono ꝓsonam in trinitate: sz vnā personā confiteor verbi ꝛ carnis eius. His verbis insinuari videtur xp̄i humanitatem vna adoratione cū verbo esse adorandā: De hoc etiam Augu. ait ex ser. dñi vbi dicit. Nō turbet cor vr̄z: ita dicit Dicunt heretici filium non natura esse deū sz creatuz. Quibus rn̄dēdū est: qui si filius nō est deus natura sz creatura. nec colendus est oīno. nec vt deus adorandꝰ. dicente apl̄o. Coluerunt ꝛ seruierūt potius creature qꝫ creatori. Sed illi ad hoc replicabūt ꝛ dicent. Quid est qꝫ carnē eius quā creaturā esse non negas simul cū diuinitate adoras: ꝛ ei non minus qꝫ diuinitati deseruis. Ego dñicā carnē imo perfectam ī xp̄o hūanitatē ideo adoro. qꝫ a diuinitate suscepta ꝛ deitati vnita est. vt non aliud ꝛ aliū: sed vnum eundēqꝫ deum ꝛ hominē filium dei esse confitear. Deniqꝫ si hominē separaberis a deo. illi nūqꝫ credo nec seruio. velut si quis purpurā vel diadema regale iacens inueniat. nunquid eā conabit adorare. Cū vero ea rex fuerit indutus: periculū mortis incurrit. si ea cum rege adorare quis contempserit. Ita in xp̄o dñio humanitatē nō solam

vel nudā. sed diuinitati vnitam
s. vnum filiū deū verū ⁊ hominē
vez si quis adorare contempse
rit: eternaliter moriet. Idē sup
ps. xcviij. vbi dicitur. Adorate
scabellū pedū ei⁹ qm̄ sanctū est.
Sciendum qz in xp̄o terra est.
id est caro que sine impietate a
dorat̄. Suscepit. n. ō terra ter
ram: qz caro de terra est ⁊ de car
ne Marie carnem accepit. hec
sine impietate a verbo dei assum
pta adorat̄ a nobis: qz nemo car
nem eius manducat nisi prius a
doret sed qui adorat non ter⁄
ram intuetur. sed illum poti⁄
us cuius scabellum est propter
quem adorat. His autoritati⁄
bus premisse inuestigationis
absolutio explicatur.



Arca nonaz
distī. quer̄it
primo an la
tria sit ⁊tus
theologica.
an moralis:
distincta a du
lia ⁊ hyper
dulia. Pro
hui⁹. q. itelligētia ē p̄ño. q differē
tia est inter virtutē moralē ⁊ theo
logicā. Nam theologa habet deum
p̄o obiecto: moralis ⁊o non habet
deū p̄o obiecto. Sed de hac differē
tia diffuse tractat inferius. Ma
gister in hoc libro. Virtus cardina
lia dicit ⁊tus principalis inter mo
rales ⁊tutes: vt declarabit inferi⁹.
Scō est notandū q ⁊tus capitur
tripharie: primo mō capitur p̄o ha
bitu inclinante hoiem ad bene ope
randū ⁊ isto mō capitur qñ philoso
phus diffinit eā in scō ethicorū di
cens. Virtus est: quę habentē perfi⁄ q
cit ⁊ opus eius bonū reddit. Scō
modo capit̄ p̄o actu ⁊tuoso. s. p̄o
volitione: qua aliquis vult operari
virtuose. Tertio mō accipitur p̄o
operatione exteriori imperata ab
actu ⁊tuoso: ⁊bi gr̄a bon⁹ xp̄ianus
habet habitū liberalitatis: ⁊ ideo si
videt paupere: habitus ille liberali
tatis: que habet: inclinat eu⁹ ad vo
lendū dare Eleemosinā illi paupe
ri: que videt ⁊ ad talē volitionē dan
di. Sequtur dat̄o eleemosynę exte⁄
riori ⁊ quodlibet istorū triū ⁊tus di
citur liberalitatis. Tertio est notā⁄
dum q latria grece secūdum Aure
lium augusti. in primo cap. 10. libri.
de ciuitate dei latine dicitur honor
siue cultus soli deo debitus. Nā bo
nus cultus dicitur grece Eusebia.
⁊ cultus dei theosebia. Sed latria
proprie est seruit⁹ soli deo debita.
Dulia autē est honor debitus crea
turę ꝓpter aliquā excellētiā ei⁹ aut
dignitatē. Hyperdulia ⁊o est cult⁹
siue honor ōbit⁹ creaturę ꝓpter ali
quā eminētissimā excellētiā: ⁊ quo
niam latria: dulia ⁊ hyperdulia sūt
virtutes: quelibet ipsarū p̄t capi
tripharia p̄o habitu: actu: ⁊ opera
tione exteriori imperata a tali actu
Latria enim est quidā habit⁹ inclinā⁄
nans bonū xp̄ianuz ad honorandū
deū: ⁊ ideo quādo videt corpus sal
uatoris inclinat ad talē honorē exhi⁄

bēdū ⁊ inse formal vnū actū impa⁄
tiuz honoris exterioris: ⁊ quod li
storū triū dicitur latria. Proport
ionabiliter dicendū est de dulia ⁊ hy⁄
perdulia. Ex istis sequtur q triplex
est adoratio. s. latrię: dulię: ⁊ hyper
dulię. Adoratio latrię est adoratio:
qua exhibetur alicui honor soli deo
debitus. Adoratio dulię est adora⁄
tio: qua exhibet alicui creaturę ho⁄
nor ꝓpter aliquā excellentiā vel di⁄
gnitatem. Adoratio hyperdulię est
adoratio: qua exhibet alicui honor
ꝓpter aliquā eminētissimā excellē⁄
tiam: vt honor: quo bonus christia⁄
nus venerat sanctissimā. Materiā
matrem dei.

¶ Istis notatis rñdet ad. q. per
aliquas ꝯclusiones: quaꝝ ꝑma ē ista.
Latria est ⁊t⁹ specialis: ista ꝯclusio
ꝓbatur duplici ratiōe. Prima ē ista
latria habet materiā specialē distin
ctaz a materia aliarū virtutū. s. ho⁄
norem soli deo debitū: ergo latria ē
specialis virtus. Secuda rō est ista
Idolatria est viciū speciale ergo la
tria est ⁊tus essentialis. ꝓña tenet:
quia oppositorū eadē est disciplina
Scā cōclusio est ista latria non est
virtus theologica ista cōclusio pro⁄
batur. non habet deuz p̄o obiecto:
sed solū habet reuerentiā illā exte⁄
riorem ergo nō est ⁊tus theologica
Tertia cōclusio est ista latria distin⁄
guitur a dulia ⁊ hyperdulia. Ista cō⁄
clusio ꝓbatur latria habet obiectuz
distinctū a dulia ⁊ hyperdulia ergo
ꝙ qualibet illaꝝ distinguit. Quarta
cōclusio est ista quelz istarū virtutū
est virtus moralis spectās ad iusti⁄
ciaz. Ista cōclusio probat: quelibet
virtus inclinans ad reddēdū illud:
quod alicui debet est ⁊tus moralis
spectans ad iusticiā. Sed per quā⁄
libet istarū triū ⁊tutū redditur illud:
qō ōbetur vt puta per latriā reddit
cultus debitus deo: per alias duas
redditur cult⁹ debitus creaturę igit
quelibet istarū triuz ⁊tutū est ⁊tus
moralis spectans ad iusticiam.

¶ Contra istas cōclusiones ar
guitur sic nulla seruit⁹ est ⁊tus: sed
latria est quedā seruit⁹: ergo latria
nō est virtus: maior probatur illud:
quod est necessariū nō est ⁊tus: sed
seruitus necessario fit a seruo: ergo
nulla seruitus est ⁊tus. Pro huius
argumēti solutione est aduertendū
q duplex est seruitus: quedā reddit
deō ⁊ altera redditur homini ⁊ que⁄
libet istarū p̄t fieri coacte ⁊ libere.
Si fiat coacte nullo mō est virtus.
Sed si fiat libere: tūc bene p̄t esse
virtus. Isto notato rñdetur ad for⁄
mam argumētī negādo maiorem
⁊ ad probationē dico q nō ois serui
tus necessario reddit. Immo mul⁄
te seruitutes reddūtur libere ⁊ ta⁄
les sunt ⁊tutes: immo respectu dñi
dei per tales seruitutes adquiritur
regnū celorum. Idcirco nr̄a sancta
mater eccl̄ia in quadā collecta canit
seruire deo regnare est.

¶ Scō arguitur sic latria est
timor ergo non est quedā ⁊tus spe⁄
cialis: añs probatur timor inclinat
hoiem ad honorandū deū. Et illud
itidem facit latria: ergo latria est ti
mor. Ad hoc argumētū rñdetur ne⁄
gando añs ⁊ ad probationē negat

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝓfia ⁊ rō est: qz alio mō inclinat ad hoc latria ⁊ alia rōne: ꝫ timoz. Nā timoz inclinat hoiem ad honozādū deum ꝓpter paruitatē ipsiusmet hois. Sed latria inclinat ad honorandū deū ꝓpter excellētiā Maiestatis diuine. Cōtra istā solutionē arguitur seq̄retur q̄ latria esset pietas: ꝓfis est falsum: qz tūc latria nō esset virtus specialis igitur solutio nulla: sequela ꝓbatur: pietas inclinat hoiem ad reuerendū deuz in signum Maiestatis diuine: ergo latria est pietas. Ad hanc replicā rīdetur negando sequelā: ⁊ ad probationez negatur afis. Immo pietas inclinat ad exhibendū officia pietatis ꝓximo ꝓpter deū. Et si arguas: qz Aurel. august. ī ꝑmo cap. 10. lib. de ciuitate dei ⁊ in sequētib⁹ vocat ipsam latriam noīe pietatis. Respōdetur q̄ capit August. pietatem large ꝓ religione.

¶ Tertio arguitur sic latria est obedientia ergo nō est ỽtus specialis: afis ꝓbat quicūq̄ obedit deo seruit ipsi ⁊ honozat ipsuz: ergo latria est obedientia. Ad hoc argumētum rīdetur negādo afis: ⁊ ad ꝓbationem negatur ꝓptere a q̄ latria ⁊ obedientia sint eadē ỽtus. Nam obediētia nō habz ꝓ obiecto ipm honorē sicut habet latria. Insuper obediētia est respectu creaturę non aūt latria. Cōtra istā solutionē arguit q̄ quēlz actū latrię adimpletur primū ꝓceptū diuinū. Sed adimpletio ꝓcepti diuini ꝑtinet ad obedientiā ergo latria est obediētia maioz ꝓbatur per quēlibet talem actum amatur deus super oīa: ergo q̄ quēlibet talez actū adimpletur. Ad hanc replicā rīdetur negando maiorē: ⁊ ad probationē negatur afis. Nam mali christiani benefaciūt actus latrię nō tamen diligunt deum super omnia.

¶ Quarto arguitur sic illud: quo colitur deus est latria: sed fide ⁊ spe ⁊ charitate colitur deus: ergo latria est fides ⁊ spes ⁊ charitas: maioz patet authozitate Agust. in lib. Enchiridio illud asserētis. Silr in. 4⁹. capitu. 10. lib. de ciuitate dei Inquit sacrificam⁹ deo hostiā hilaritatis ⁊ laudis ī ara cozdis igne feruidę charitatis. Hic est dei cultus: hęc vera religio: hęc recta pietas: ⁊ tm deo debita seruit⁹. Ad hoc argumentū rīdetur negādo minorē. intelligēdo de cultu exteriozi ⁊ ꝓprie sumpto sicut capit in diffinitiōe latrię. Et August. in illis authozitatibus accipit cultū large. Cōtra istaz solutionē arguit oīa: quę fiūt ad gloriam dei pertinēt ad cultū ꝓprie sumptū vt capitur in diffinitione latrię: sed omnia opa christianoꝝ debent fieri ad gloriā dei. Juxta illud Apostol. primę ad corinth. 10. cap. oīa ad dei gloziam facite igitur latria nō est virtus specialis. Ad hāc replicā rīdetur negando maiorez. Et ratio est: quia latria ꝓ formali obiecto habet ipsum honorem deo debitum exteriorem. Contra istam solutionem arguitur sequeretur q̄ esset ỽt⁹ theologa. ꝓfis est cōtra cōclusiones igit seq̄la ꝓbat soluz latria ỽbet deo ergo est ỽt⁹ theologa.

¶ Ad replicā rīdetur negando seq̄lam: ⁊ ꝓbationē negatur ꝓfia: rō ē qz non habet deū ꝓ obiecto: sz ipsum honorē: vt dictum est.

¶ Quinto arguitur contra vltimam conclusionē: eadē est virtus in specie: qua creditur esse credenduz: ergo eadē erit species adozationis qua adozat eē adozādū ē q ꝓfis nō sūt tres spēs adozatiōis ꝓfia tenet: qz nō videt esse maioz: rō de credibilib⁹ ꝫ de adozabilibus. Si dicas q̄ discrimen est: qđ est vna rō oīm credibiliū. s. summa veritas cui innitū tur oīa credibilia: replico tunc de amabilibus. Nā eadez est species: qua diligitur deus ⁊ creatura: ergo eadē erit species qua adozatur de⁹: ⁊ adozatur creatura. Hoc argumentum contra noīales nullā habet apparentiā. Nā noīales tot ponunt fides adq̄sitas distictas specie: quot credibilia distincta specie. tot etiam ponunt charitates adquisitas. quot sunt amabilia distincta specie. Sed scōm Thomā ⁊ Bonauēturā habet hoc argumentū magnā a pparētiā: ⁊ vix pōt dari rīsio sufficiens nisi dicam⁹ q̄ dilectio ꝓximi ordinatur in dilectionez dei: adozatio creaturę regulariter non ordinatur ad adozationē dei: sz bene ad amorē dei. Cōtra istā solutionē arguitur oīs virt⁹ teste philosopho nō consistit in medio duoꝝ extremoꝝ. sed non est dabile extremū superabūdātie in adoratione dei: ergo nulla istaꝝ est virtus. Ad hanc replicā rīdet q̄ in modo datur excessus vt puta si aliquis tempoze hyemali longo tēpoze maneret capite discoperto: rōne cui⁹ incideret in grauē morbū.

¶ Sexto ⁊ vltimo arguitur. sic dño deo debetur soluz vna species adozationis: sz latria. Et dulia debentur deo: ergo latria ⁊ dulia sunt vna ⁊ eadē species minoz ꝓbatur authozitate glose sup illuz psal. Dñe deus me⁹ in te speraui dicētis. Dñe oīm per potentiā cui debetur dulia. Deus aūt per creationē: cui debetur latria. Ad hoc argumentū rīdetur negando minorez: ⁊ ad probationē dico q̄ in illa glosa capitur li dulia large: vt tm valz sicut adozatio. Cōtra istā solutionē arguitur magis ⁊ minus non variāt speciē: sed latria ⁊ dulia: ⁊ hiperdulia non differunt: nisi scōm magis ⁊ min⁹. s. scōm maiorē: honorē: ⁊ minorez: ergo latria dulia ⁊ hiperdulia nō sunt distinctę species virtutū. Ad hanc replicā respondetur distinguendo maiorē vel loquendo de specie entitatiua: ⁊ sic conceditur illa cū minoꝝ. Et negat ꝓfia. vel loquendo de specie moris ⁊ sic negatur illa maioꝝ patet instantia de liberalitate ⁊ magnificentia: quę sunt virtutes distinctę specie: ⁊ tm solū differunt penes magnum ⁊ paruū. Nā liberalitas versatur circa mediocres sumptus siue expensas magnificentia vero circa magnos sumpt⁹ ⁊ magnas expensas.

¶ Dubitatur circa istā. q. vtrū necessariū sit ponere istam triplicē adozationē: vel an sit distinctio inuēta ⁊ somniata a nobis theologis sicut inquit maledictus Luther. Ad hoc dubiū rīdetur q̄ velit: nolit ma

le dictus Luther ex testamento antiquo manifeste elicitur talis distinctio. Als erit manifesta cõtradictio in sacra pagina: qõ est nephãdũ: qõ probatur sic Deut. 6. cap. vt allegat saluator noster. Mat. 4. ca. habet q solus deus est adorãd⁹. Et in. 1. cap. tertij libri. Regũ habemus q sctũs prophet natã adorauit regẽ Dauid ⁊ benefecit eũ adorando: ergo necessariũ est distinguere adoratione vel manifesta est ꝓtradictio in sacra pagina.

¶ Queritur scõo circa eandem distin. an hũanitas xpi sit adorãda eadẽ adoratione: qua adoratur verbũ diuinũ. Pro huius. q. intelligẽtia est notãdũ q ꝟm pm nr̃m in libro de memoria ⁊ reminiscentia qñ aĩa nr̃a intuet aliquã imaginem duplici motu tendit in eã: prim⁹ mot⁹ est in ipsam imaginẽ: vt est q̃dã res s. aurea: vel argẽtea: vel lapidea: vl lignea. ⁊ sic de alijs. Alius est mot⁹ quo tendit in ipsam imaginẽ: vt ipsa est repzesentatiua alteri⁹. Scõo est notandũ q imagines propter tria sunt introducte in ecclesia ꝑmo propter simplicitũ ruditatẽ sũt eẽ. Layci q̃ nesciunt legere. Et ideo picture sunt libri ipsoz: vt egregie dicit Gregorius in cap. perlatũ de cõse. d. 5. Scõo mõ sunt introducte imagines propter affectus tarditatẽ sunt eẽ multi xpiani tardi ad deuotionem ⁊ pfitia plus mouent q̃ audita iuxta illud Horatij in arte poetica. Segni⁹ incitãt aĩos demissa per aures. quam que sunt oculis subiecta fidelibus. Experiẽcia eẽ docet q boni xpiani mirabiliter mouentur ad deuotionẽ qñ vident imaginẽ crucifixi vt patet de diuo Francisco qui tot⁹ accendebat in amoze diuino: ⁊ Hie

eadẽ adoratione quãuis non terminetur ad humanitatẽ sed ad ipsum verbũ diuinũ. Sed circa hoc dubitatur de aggregato ex diuinitate et hũanitate. an tale aggregatum sit adorandũ adoratiõe latrię. Ad hoc rñdetur affirmatiue propter diuinitatẽ quã includit tale aggregatũ. Iz an ipso debeam⁹ frui: videbitur deo fauente in ꝑma distin. ꝑmi ſſiaz.

¶ Queritur tertio circa eandẽ distin. qua adoratiõe sunt adorãdę imagines. Pro huius. q. intelligẽtia est notãdũ q ꝟm pm nr̃m in libro de memoria ⁊ reminiscentia qñ aĩa nr̃a intuet aliquã imaginem duplici motu tendit in eã: prim⁹ mot⁹ est in ipsam imaginẽ: vt est q̃dã res s. aurea: vel argẽtea: vel lapidea: vl lignea. ⁊ sic de alijs. Alius est mot⁹ quo tendit in ipsam imaginẽ: vt ipsa est repzesentatiua alteri⁹. Scõo est notandũ q imagines propter tria sunt introducte in ecclesia ꝑmo propter simplicitũ ruditatẽ sũt eẽ. Layci q̃ nesciunt legere. Et ideo picture sunt libri ipsoz: vt egregie dicit Gregorius in cap. perlatũ de cõse. d. 5. Scõo mõ sunt introducte imagines propter affectus tarditatẽ sunt eẽ multi xpiani tardi ad deuotionem ⁊ pfitia plus mouent q̃ audita iuxta illud Horatij in arte poetica. Segni⁹ incitãt aĩos demissa per aures. quam que sunt oculis subiecta fidelibus. Experiẽcia eẽ docet q boni xpiani mirabiliter mouentur ad deuotionẽ qñ vident imaginẽ crucifixi vt patet de diuo Francisco qui tot⁹ accendebat in amoze diuino: ⁊ Hie

ronymo qui lapide perussit ꝓpriũ pect⁹: propterea dñi sacerdotes qñ celebrant hñt ante se imaginẽ crucifixi. Tertio sunt introducte imagines ꝓpter labilitatẽ memorię. Hazquãuis Laici audirent misteria passionis xpi: ⁊ martyz facile obliuiscerentur: insuper non habent prędicatores mltoties ⁊ sacerdotes doctos qui ipsis talia prędicent.

¶ Istis notatis rñdetur ad titulũ. q. per vnicã conclusionẽ que talis est. Quelibet imago est adoranda eadẽ adoratione: qua adoratur res: cuius est imago. Ista conclusio probatur autoritate Damasceni: libro. 3. dicentis honoz imaginis refertur ad prototypũ. i. figuratũ. Insuper Abrahã adorauit tres angelos q̃ repzesentabãt scĩm. trinitatẽ.

¶ Contra istã conclusionẽ arguit maledictus Luther: mulę sunt ponendę imagines in ecclesia: ergo a fortiori non sunt adorãdę afis probat. Exodi. 20. Dñs de⁹ dixit Moysi ⁊ filijs Israel. Nõ facies tibi imaginẽ neq̃ sculptã similitudinẽ: ergo ponere imagines in ecclesia est contrauenire prędicto diuinõ. et ꝑ ꝑns non sunt ponende. Ad hoc argumentum rñdetur q dñs deus nõ simpliciter ꝓhibuit facere imagines. Az ipsemet ꝓcepit Exodi. 25. ca. Moysi facere Cherubin duos aureos: ⁊ ꝓductiles silr Numeri. 21. ca. prędcepit fieri serpẽtẽ ęneũ. pariforma Salomõ mltas imagines ⁊ varias posuit in tẽplo: sed intentio dñi dei erat q filij Israel nõ adorarẽt imagines: ne inciderẽt in ydolatriã: ad

quam filij Israel mirabiliter erant proni. Et q hoc sit vez patet: qz in eodẽ. 2⁰. cap. allegato subiungit nõ adorabis neq̃ coles ea. Sed ꝑ hs xpianus non est durę ceruicis: neq̃ pronus ad idolatriam nimiz: ergo si saluator noster in propria persona introduxit imagines. Mã refert Damascenus in. 4. ⁊ Eusebi⁹ in ecclesiastica hist oria q saluator noster misit suã imaginẽ ad regẽ Abagaz quę quidẽ imago seruatur in ecclia diui Bartholomęi de eremineis vrbis ianuensis. Silr seruat vna alia imago Romę eiusdez saluatoris in cœnobio minoritaz: qõ dicitur ara cœli pariforma i sabaudia habetur sudariũ eiusdẽ saluatoris: insuper diuus Lucas duas depinxit imagines beatę virginis: quaz vna habetur Romę. ⁊ alia habet i Alemania

¶ Scõo argñ sic rex Ezechias laudatur: qz destruxit serpentẽ Aeneum qui fuerat fabzicatus a Moyse: ergo licitũ est destruere imagines Ad hoc argumentũ rñdetur negando ꝓpiam: ⁊ rõ est: qz populus Isrl adorando serpentẽ ęneũ: credendo quod ille serpens habebat virtutẽ diuinam. Idcirco sapiẽs rex Ezechias ad tollendã talẽ idolatriam destruxit illũ serpentẽ sed xpiani nõ cõmittunt idolatriam quia nõ adorant ipsas imagines propter eas: sz propter repzesentata. ⁊ propterea Gregori⁹ i dist. allegata laudat illũ eẽm martirę: q reprehendit illos xpianos idolatrãtes: reprehendit tñ eũ: qz destruxit imagines. Cõtra istã solutionez

argr rit⁹ idolatrax est nobis fugiēdus magis q̄ ritus iudeox: sed modus erat idolatrax adorare imagines: ergo nos nō ōbem⁹ eas adorare. Ad hanc replicā rīdet negando ꝓīam: z rō ē: qz adoratio ydolatrax terminabatur ad ipsas imagines sīue creaturas: sed adoratio xp̄ianox non terminatur ad ipsas imagines sed ad ipsum deum.

¶ Tertio argr sic seq̄ret q̄ celū esset adorādū adoratiōe latrie. Similr z diabolus ꝓīs est falsuz ergo seq̄la probatur. cœlū magis repsentat deū sīlr z diabol⁹ q̄ aliqua imago facta a creatura: ergo si imago reuerēda est adoratiōe latrię: qz repsentat xp̄m a fortiori diabolus erit adorand⁹ adoratiōe latrię. Ad hoc argumētū rīdet negādo seq̄lā z ad probationē negat aīs. Nā imediatius repsentat imago xp̄m q̄ de mōsa ē facta: nisi vt repsentet xp̄m. Cōbili⁹ est nō viuente: ergo si nō viuēs est adorandū adoratiōe latrię a fortiori q̄lz viuēs erit adorandū adoratione latrię. Ad hāc replicā rīdet negando ꝓīam: z rō est: qz lz q̄lzvis sentiā nō tñ q̄ ad significationē immediatā. Cōtra istā solutionē argr autoritate Dama. in lib. de imaginib⁹ dicentis: magnę impietatis est figurare q̄ ē diuinitatis: ergo a fortiori magne impietatis est adorare ipsas imagines. Ad hāc replicā rīdetur negādo ꝓīam: z rō est: qz diuinitas est indiuisibilis: z ꝯ nō pōt figurari: z si figuram⁹ xp̄m hoc est q̄ ad hūanitatē z nō q̄ ad diuinitatez.

¶ Quarto q̄rit circa eādē dist. an crux xp̄i sit adorāda adoratiōe latria. Pro h⁹. q. solutiōe est notādū q̄ honox siue reuerētia nō debet nisi nature intellectiuę. creaturę aūt irratiōali siue insensibili nō debet honox aut reuerētia nisi rōne naturę intellectiue. z hoc bifariā vnomō iquātū repsentat naturā ītellectiuā siue rōnalē. Alio mō inquātū ei aliqualr cōiungit ꝓmo mō homines cōsueuerūt adorare imaginē regis scōo mō cōsueuerunt adorare ei⁹ vestē: vtrūq̄ tñ venerātur homines eadē veneratione qua venerant regē. Ulteri⁹ ē notādū q̄ titul⁹ q̄stiōis pōt bifariā intelligi vnomō de illa cruce lignea in qua psonalr z realr fuit crucifix⁹ saluator nr. z aliomō de qua cunq̄ alia cruce siue aurea: siue argentea: siue cuprea. Istis notatis rīdet p aliās ꝓclusiōes ad. q. Quax ꝓma est ista crux illa in qua realr z psonalr fuit crucifix⁹ saluator nr adorāda ē adoratiōe latrię vtroq̄ mō. s. qz repsentat xp̄z in ea crucifixū: z qz aliqualr fuit saluator ei ꝓiūct⁹. Ista ꝓclusio ꝓbat autoritate eccl̄ie canēt⁹. O crux aue. ꝛc. Scōa ꝓclusio ē ista quelibet alia crux ab ista solū ē adorāda adoratione latrię ꝓmo mō: qz repsentat christū. Ista cōclusio patet ex precedenti quęstione.

¶ Secundo arguit cōtra secūdam pclusionē nulla tristitia potuit esse in aia christi ergo xp̄s non assūpsit tristitiaz añs probatur summū gaudiū expellit oēm tristitiam: sed aia christi ab instāti primo suē creationis habuit summū gaudiū ergo neq̄ habuit neq̄ potuit habere aliquam tristitiā. Ad hoc argumentuz rīdet negādo añs et ad probationem dico q maior est vera nisi dīs deus impediat actionē ipsius gaudij: modo dīs deus impediebat actionē gaudij exīt̄ i aia christi. Cōtra istam solutionē arguit ysaiē. 22. cap. habetur de xp̄o: non erit tristis neq̄ turbulētus ⁊ prouerbiorū. 12. non cōtristabit iustū quidquid acciderit: sed xp̄s fuit iustissim⁹: ḡ nullā habuit tristitiā. Ad hanc replicā rīdetur q ambe authoritates intelligūtur de tristitia pturbāte rōnem: ⁊ talis tristitia non fuit in xp̄o. Cōtra istā solutionē arguitur: tristitia teste Aurelio august. in. 15. cap. 14. libri de ciuitate dei est de his: quę nobis nolētibus accidūt. Sed christ⁹ oia tormēta ⁊ mortē volebat iuxta illud ysaiē oblat⁹ est: qz ipse voluit ergo nulla fuit tristitia in xp̄o. Ad hāc replicam rīdetur q licet christus volebat absolute: nolebat tñ cōditionaliter. s. si patri placuisset: ideo orauit in horto pater si possibile est trāseat a me calix iste ⁊ ex tali nolitiōe cōditionata cū apprehēsione certa: q oia illa tormēta debebat pati producebatur in eo tristitia.

¶ Contra tertiā cōclusionē arguitur sic prouerbiorū. 18. habetur iustus quasi leo confidēs absq̄ terroze erit: sed christus fuit iustitia ergo nullū habuit timorē. Ad hoc argumentū rīdetur q authoritas intelligitur de timore mūdano ⁊ non de naturali vel filiali. Contra istaz solutionē arguitur timor est de malo: qd̄ homo non pōt vitare: sed xp̄s poterat vitare qd̄z malū quod sibi accidit ḡ xp̄s nullū habuit timorē. Ad hanc replicā rīdet q licet ⁊ xp̄s poterat simplr vitare sciebat tamē q nō vitaret: qz deo patri non placebat. nimiꝝ ḡ si timebat talia mala.

¶ Contra quartã cõclusionem arguitur sic Iacobi.5. habetur ira viri non operatur iustitiã ergo in xpo nulla fuit ira. Ad hoc argumentum rñdetur q authoritas intelligitur de ira prẽueniẽte rationẽ & talis ira non fuit in xpo & nõ intelligitur illa authoritas de ira sequẽte rationem ẽ in xpo solũ fuit ira sequẽs rationẽ & talis ira operatur iustitiã. Cõtra istam solutionẽ arguitur seqretur q duo cõtraria fuissent in eodem subiecto adequato pñs est falsum igit sequela probatur ira teste philosopho nõ circa finẽ.4. ethicoꝝ cõtrariat mãsuetudini: sed xps fuit oĩuz hoim mãsuetissimꝰ: ergo in xpo nõ fuit ira vel duo ptraria fuerũt in eodem subiecto adequato. Ad hãc replicam rñdetur negãdo sequelam & probationẽ distinguo q ira ptrariet mãsuetudini vel ira sequẽs rationẽ & sic negat: nec de tali intelligit philosophus: vel de ira prẽcedẽte rationez & sic pceditur illa maior & negat pña: ratio est qz talis ira non fuit in xpo vt dictum est.

¶ Contra quintam conclusionem arguitur sic authoritate Apostoli ad romanos.5. dicentis oẽs in Adam peccauerũt: sed respõsuz est ab ea xps & sanctissima ẏgo: ideo aliter arguitur sic August. in libro de agone xpiano ait q in hoie xpo se nobis ad exẽplum vitę prebuit filius dei: sed homo indiget exẽplo non soluz ad recte viuendũ: sed ad poeniten-dum ergo xps dedit nobis exẽplum pñtię & vltra dedit nobis exemplũ pñtię ergo peccauit pña tenet: quia fecit pñtiam de peccatis. Ad hãc replicam rñdetur negando illã pñam in qua infertur ergo xps peccauit. Hã non egit penitẽtiam pro peccatis suis: sed pro nostris & ideo mirabile exemplũ & animũ nobis dedit vt agamus poenitentiã de peccatis nris propijs. Cõtra istã solutionẽ arguitur authoritatę psalmistę psal.21. dicẽtis. Deus deꝰ meus respice in me: quare me dereliquisti: lõge a salute mea verba delictoꝝ meorũ: loquitur eñ Dauid in persona xpi ergo xps habuit delictum. Pro huius replicę solutione est nõ tãda regula: quã ponit Aureliꝰ august. in.3. libro de doctrina xpiana pro tyronibus. s. q aliqñ saluator noster in sacra pagina vocat delicta mẽbroꝝ delicta sua. ideo qz ecclesia est vnũ corpꝰ mysticũ: cuiꝰ caput ẽ christus vt inquit Apostol. ad ephe seos primo cap. & ita capitur in psalmo allegato pro delictis membroꝝ corporis mystici. Cõtra istã solutionem arguitur authoritate Apostoli scõę ad corinthios.5. cap. dicẽtis de christo q eũ: qui non nouerat peccatum. s. xpm: deus pater fecit peccatum: ergo si christus esset peccatum a fortiori assumpsit xps peccatum. Ad hãc replicã rñdetur q li peccatũ in authoritate allegata tantũ valet quãtum hostia pro peccato & ppor-tionabiliter intelligitur illud. s. q sacerdotes debent comedere peccata populi. idẽ hostias & oblatiões pro peccatis populi dño deo oblatis.

¶ Cõtra sertam cõclusionẽ arguitur ab eodẽ fonte emanãt moys

& fomes peccati ergo si christiꝰ assũpsit mortẽ ẽ nõ assumpsit fomitem peccati: aũs patet qz ex subtractiõe iustitię originalis moꝝ intrauit in orbem terrarũ: simiľ & fomes peccati. Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo pñaz & differimẽ datur: qz vnũ est culpabile & aliud nõ. Cõtra istaz solutionẽ arguitur caro christi habebat aliquas cõcupiscentias ergo caro christi habuit fomitẽ peccati: aũs probatur appetebat interdũ comedere & bibere & dormire igit habuit aliquas concupiscentias. Jn superpropriũ est carni cõcupiscere immo naturale igitur habuit aliquas concupiscẽtias. Ad hanc replicã rñdet distinguẽdo aũs vl' ptra rõnem & sic negatur illud nec probat in isto sensu vel pformes rationi & sic cõcedit illud aũs & negat pña: sed bene valeret si aũs procederet de cõcupiscẽtijs cõtra rationẽ. Cõtra septimam cõclusionez arguitur: sic in xpo fuit admiratio ergo fuit ignorãtia pña tenet: qz admiratio est de re incognita & non solita videri & aũs probatur authoritate Matthei.8. cap. dicentis: audiens iesus verba cẽturiõis admiratꝰ est. Ad hoc argumentũ rñdetur distinguẽdo aũs vel pro prie capiendo admirationẽ & sic negatur: nec talr capit in authoritate allegata. vel impropriẽ. s. pro notitia alicuiꝰ rei: de qua prius non habuit experientiã & sic pceditur illud & negatur pña. rõ est: qz licet nõ sciebat experimẽtaliter antea fidẽ centuriõis. sciebat tñ duplici scientia. s. diuina & infusa in vbo diuinoi. Contra istã solutionem arguitur duabꝰ authoritatibꝰ. Prima est ysaię.8. cap. dicentis de xpo. Antequã sciat puer vocare patrem suũ & matrem suaz auferetur fortitudo Damasci. Scõa authoritas est Damascẽni in tertio libro dicentis q xps assũpsit naturam ignorãtem & serulem. Ad primã authoritatem rñdetur q intelligitur de scientia experimẽtali. Ad scõaz authoritatẽ rñdetur q intelligitur de natura hũana cõsiderata in se: & nõ cõsiderata vt est vnita verbo diuino. Hã si cõsideretur vt est vnita vbo diuio habet dominũ omniũ & scientiã omniũ. Sed considerãdo eam in se: est ignorans & serulis natura humana.

¶ Tertio queritur circa eandẽ distin. an christus scõz quãlibet partem aię habuit maximã tristitiam & maximũ dolorẽ. Pro huius. q. enodatiõe est notãdũ primo q aĩa xpi nõ habet ptes. immo est indiuisibilis sicut & aĩa nra sed per partes aię doctores intelligunt potentias ipiꝰ aię rationalis quę sunt duę. s. potentia sensitiua & potentia intellectiua quę itę diuiditur in tres. s. in memoriã intellectũ & voluntatẽ: sed in pñti difficultate solũ erit sermo de tribus potentijs. s. de potentia sensitiua: & itellectu: & volũtate. Et tã in intellectu ẽ ẽ involũtate doctores theologi ponunt duas portiones. s. portionẽ superiorẽ & inferiorez. Et iste portiones non distinguntur ab intellectu & voluntate. vnde si intellectus cõsideret solũ diuina dicitur portio superior. Si vero consideret creaturas dicitur portio inferior. et

ſtra dicendū eſt de voluntate: q ſi vo luntas diligat dñm deū pręcise dici tur portio ſuperior. ſi vero diligat creaturas dicit portio inferior. In terdū tñ capitur large portio ſupe rior a doctoribus. vnde ſi voluntas vnico actu diligat creaturā ꝓpter deū dicitur portio ſuperior large. ſi militer ſi intellectus cōſideret crea turā in ordine ad creatorē vnico ac tu dicitur portio ſuperior large. Se cūdo eſt notādū q teſte Aurelio au guſt. ī. 15. ca. 14. libri de ciuitate dei differētia eſt inter dolorē ⁊ triſticiā. Nā dolor tantūmodo eſt offēſio aię ex carne ⁊ quędā ab eo paſſione diſ ſenſio triſtitia verò eſt quędā paſſio ex diſſenſione eoꝝ: quę nobis nolen tibus accidunt ⁊ ſcōm doctorē ſubti lem quattuor modis cauſatur triſti tia. Primus eſt qñ obiectū eſt abſo lute nolitū: ⁊ intellect⁹ cognoſcit q eueniet verbi gra. ſi aliquis nō vult ſuſpendi ⁊ intellectus ſcit q ſuſpen detur: tunc cauſatur in eo triſticia. Scōs modus eſt qñ obiectū eſt no litum cōditionaliter vbi gratia mer cator nollet proijcere merces ſi poſ ſet aliter euadere ⁊ ſcit q proijciet. ideo generatur in eo magna triſti tia. Tertius modus eſt a nolitione naturali cū pręſentatione intellect⁹ verbi gratia intellectus ſor. iudicat q morietur ex tali iudicio cum noli tiōe naturali cauſatur in eo triſtitia. Et ſi quęras q̄d eſt talis nolitio na turalis rñdetur q non eſt actus di ſtinctus ab ipſa aia: ſed eſt ipſamet aia inclinata ad oppoſitū illius. ſcz mortis. Quartus modus eſt quan do intellect⁹ oſtendit offenſionē ſi ue leſionē carnis ſine aliqua nolitio ne actuali. vnde tanta eſt cōiunctio inter aiam ⁊ carnē q causato dolore ꝑ ſolā appręhēſionē intellect⁹ ſine aliq̄ actu volūtatis cauſatur triſtitia.

¶ Contra iſtos duos vltimos modos arguit Occhā ꝓbādo eos eſſe ſuperfluos. interimens ſeipſum habet nolitionē naturalē ⁊ appręhē ſionem mortis cū leſiōe carnis ⁊ nō cauſatur in eo triſtitia: ergo iſti duo modi vltimi non ſunt ponendi aſſis patet de Achitophele ſecretario re gis Dauid. Ad hoc argumentū faci le rñdetur negādo aſſis: ⁊ ad proba tionē negatur q achitophel nō tri ſtabatur. immōvalde triſtabatur cō tra hoc replicat occhā Apoſtoli ap pręhendebant leſionē carnis ⁊ mor tis ⁊ habebant nolitiōes naturales ⁊ non triſtabantur: ergo ſolutio nul la minor ptz expreſſa autoritate ſa cre pagine. habetur eīn actuū. 5. ca. Ibant apoſtoli gaudentes a conſpe ctu cōcilij: qñ digni habiti ſunt ꝓ noīe ieſu cōtumelią pati. Ad hāc re plicam rñdetur negādo ꝓſiam: ⁊ rō eſt: qz erat impedimentū ꝓpter ma gnum gaudiū: quod habebant apo ſtoli: ideo qz ſciebant per tales tribu lationes ſe adquiſituros regnū cœ lorꝝ: ⁊ inſtantia patet de igni qui licz non producat in aliquod paſſum ca lorē ꝓpter aliquod impedimentū productiuus tñ eſt caloris ſic in pro poſito: quāuis appręhēſio ⁊ nolitio naturalis non produxerunt in apo ſtolos triſtitiā ꝓpter impedimen tum attū nata ſunt producere triſti tiam. vbi nullum eſt impedimen tum: ⁊ ſic patet q iſta argumēta nō concludunt aliquid contra doctorez ſubtilē. Sz ſunt argumenta pro doc tore ſubtili contra Guillelmū ochā iudicio meo concludentia. Primus argumentū eſt tale aliqñ cauſat tri ſtitia vbi nulla eſt nolitio. ergo ne ceſſario oportz ponere tertiū ⁊ quar tum modos: añs probatur. Bonus filiꝰ vult patrē ſuū viuere: ⁊ ſi ſignifi cet ipſi ab aliquo bono medico q pater ſuus breui morietur tūc talis bonus filius triſtabitur: vt experiē tia docet ⁊ nullā habet nolitionē: er gō aſſumptū verū minor probatur: qz ex caſu ſolum habz volitionē qua vult patrē ſuū viuere ⁊ appręhēſio nem paternę mortis: ergo nullā ha bet nolitionē. Si dicas q ex appre henſione mortis paternę ⁊ volitiōe illa qua vult patrē ſuum viuere pro ducetur in eo nolitio mortis pater nę ⁊ ex tali nolitione cauſat triſtitia Contra hoc arguitur voluntas ipſi⁹ eſt libera. Dolo igitur q nihil pduc at vltra volitionē qua vult patrem ſuū viuere tunc habetur q cauſabit triſtitia ſine nolitione. Si dicas qđ volitio vni⁹ obiecti eſt nolitio ſui cō tradictorij ſicut aſſenſus alicui⁹ pro poſitionis eſt diſſenſus ſuę contra dictorię hoc videtur eſſe cōtra natu ram: rationē: ⁊ experiētiā. Nā talis bonus filius poteſt de paterna vita cogitare nullomō cogitādo de mor te: ergo tunc nō erit nolitio mortis. Nam teſte Auguſtino nihil eſt voli tum aut nolitū: quin prius fuerit co gnitū: videtur etiā repugnare natu re ipſius notitię vl volitionis repre ſentare cōtradictorio mō. Experiē tia etiā docet oppoſitū q quādo aſ ſentimus vni non diſſentim⁹ alteri.

¶ Secundo arguitur ſic ſi ali cui ſignificetur aliquod infortuniuꝫ magnū alicui⁹ amici ſui: talis triſta bitur ⁊ nullā habebit nolitionē: ergo neceſſariū ē ponere. Tertiū ⁊ quar tum modos. Si dicas q cū primuꝫ audiet tale infortunīū amici ſui pro ducet nolle reſpectu talis infortuni j ⁊ ex tali nolitione gñabitur triſtitia. Contra hoc arguitur voluntas ta lis eſt libera ⁊ non neceſſitatur pro ducere nolle reſpectu talis infortu nij. ergo poteſt ſuſpendere volūtas talis oēm actū ſuū: quo dato triſta bitur ſine aliquo nolle: ergo poſſibi le eſt triſtari ſine aliqua nolitione: ⁊ per ꝓns neceſſariū eſt ponere tertiū ⁊ quartū modos. Jā arguitur cōtra ambas opiniones beati non triſtan tur: ⁊ nolūt ſe peccaſſe: ⁊ cognoſcūt clare peccata quę cōmiſerunt. ergo primi duo modi ſunt nulli. Ad hoc argumentū rñdetur negando ꝓſiaꝫ ⁊ rō eſt: qz eſt impedimentum. Maz magnū gaudiū beatoꝝ impedit ne producatur in eis triſtitia ex tali no litione ⁊ appręhenſione peccatoꝝ.

¶ Scdo arguitur ſic poſt tres vel quattuor annos bonus filius nō triſtatur amplius de morte paterna ⁊ habet nolitionē reſpectu illius: ⁊ appręhenſionē mortis: ergo primi duo modi non valent. Ad hoc ar gumentum negatur ꝓſia: rō eſt: qz ſunt multa impedimenta. Nā poſt. 3. vl 4. annos bonus filius conſiderat q

placet dño deo: ꝛ ꝓpter suũ dolorem non suscitabitur amplio pater suus nisi in die iudicij. Considerat insuper ꝙ pater suus etiaz debebat mori vna alia die qñ illa die nõ fuisset mortuus. Mã teste Paulo statutum est hoibo semel mori: preterea nolitio mortis ẽ multũ remissa possunt etiã esse alique causę lęticię vel ratione ꝓsperitatis tꝑalis vel spiritualis. ideo nimiꝝ si non tristetur post. 7. vel. 4. annos. Circa istã quę stionẽ dubitatur primo quid dicẽdũ est ad autoritatẽ. August. allegatã. Mã Aurelio augu. dic. ꝙ ex nolitiõe causatur tristitia ꝛ non ponit tertiũ ꝛ quartũ modos. Ad hoc rñdetur ꝙ Augu. intelligit regulariter ꝛ vt in pluribus ꝛ non inconuenit ꝙ interdum causetur tristitia sine nolitione Dubitatur secundo vtrũ possit esse tristitia licita in portione superiore aię stricte. Ad hoc dubiũ rñdetur cõmuniter negatiue. Sed ꝓtra hãc respõsionẽ argr possibile est aiam xpi habuisse tristitiã ſm portionẽ superiorem stricte licite: ergo rñsio nulla sup̃ioꝛẽ nolebat dei patris offensionem. ꝛ sciebat clare talẽ offensionem futurã: ergo ex tali nolitione: ꝛ apprehensione causabatur tristitia in aia xpi ſm pȝtionẽ superiorẽ stricte. Ꝓpter hoc argumentũ dicendum est ꝙ portio superior est qñ de nullo alio cogitatur aut considerat nisi de dño deo. at qñ cõsideratur de offensine dei. iam de aliquo alio cõsideratur a deo. s. de peccatis. Idcirco iam non est talis portio aię superior stricte. Istis notatis rñdetur ad quęstionẽ per duodecim cõclusiones ſm mentẽ dñi Alexãdri de ales diui Thomę: diui Bonauenturę: ꝛ doctoris subtilis: quaꝝ prima ẽ ista In potentia sensitiua aię xpi fuit vero dolor ꝛ sensibilis pœna. Ista cõclusio probat authoritate ysaię prophetę. 55. cap. dicẽtis de xpo. Vere languores nostros ipse tulit ꝛ dolores nostros ipse portauit probatur etiã rõne sensui christi applicabatur obiectũ disconueniens siue nociuũ: siue lęsiuũ: ꝛ sensus xpi erat pfecte perceptiuus: ꝛ non redũdabat gloria aię in corpus xpi: ergo pfecte sentiebat tales dolores: ꝛ pœnalitates potentia sensitiua xpi. Secũda cõclusio est ista in potentia sensitiua anię xpi solũ fuit dolor de proprij corporis lęsione. Ista conclusio patet: qz sensus solũ percipit talia ꝛ non percipit peccata aliorꝝ hoim. Tertia cõclusio est ista voluntas aię xpi vt natura. similiter vt sensui cõiuncta de eisdẽ tristabatur: de quibo debat potentia sensitiua. Ista cõclusio patet ex notabilibus. Quarta conclusio est ista aia xpi nõ habuit tristitiã vel dolorẽ de passione aut carentia visionis diuinę scõm portionẽ superiorẽ stricte. Prima pars huius cõclusionis patet: qz aia xpi scõm portionẽ superiorẽ solũ contẽplabatur diuina ꝛ nihil aliud: ergo non tristabatur scõm illã portionẽ de passiõe sui corporis. Secunda pars patet: qz aia xpi scõm portionẽ illam superiorem semper fuit beata a ꝑmo instanti suę creationis. Quinta cõclusio est ista aia xpi nõ habuit tristitiã de passione sui corporis aut mẽbrorum sequentẽ nolitionẽ absolutã secũdũ portionẽ superiorẽ large. Ista conclusio probatur aia xpi scõm talẽ portionẽ superiorẽ large volebat absolute passionẽ sui corpis ꝛ suoꝝ mẽb: oruz: ꝙ non habebat nolitiõem absolutã respectu possiõis sui corpis ꝛ suoꝝ membroꝝ: ꝛ per ꝑs conclusio vera. Sexta conclusio est ista voluntas aię xpi scõm portionẽ superiorem large tristitiã habuit de peccatis hominũ christianoꝝ: ꝛ ingratitudine iudeoꝝ sequentẽ nolitionez eoꝝ absolutã. Ista conclusio probatur anima xpi habebat nolle absolutũ respectu peccatoꝝ tam christianorũ quã iudeoꝝ: ꝛ sciebat talia peccata euẽtura: ergo tristabatur de talibus. Septima cõclusio est ista anima xpi secundũ portionẽ superiorẽ large passa est tristitiam de pœnis aut passionibus sui corporis sequẽtem nolitionẽ conditionatam. Ista conclusio probatur aia xpi secundũ portionẽ superiorem large nolebat pati tormenta si deo patri placuisset: ꝛ videbat clare in verbo diuino ꝙ erat passura mortẽ atqꝫ tormenta ergo tristabatur. Octaua conclusio est ista aia Christi secũdũ portionẽ inferiorẽ de eisdẽ tristata est de quibus superior portio passa est tristitiam per nolle conditionatuz. Ista conclusio probatur anima christi secundũ portionẽ inferiorẽ habebat. idem nolle conditionatũ quod habebat secundũ portionẽ superiorẽ large: ergo de eisdẽ tristabatur de quibus portio superior large passa est tristiciã. Nona conclusio est ista anima Christi vt libera non est contristata de passione per nolitionem absolutam. Ista conclusio probatur anima Christi: vt libera habuit volitionem absolutam respectu passionis: ergo vt libera non habuit nolitionẽ absolutã: ꝛ per consequens non tristata est per nolitionem absolutaz. Decima conclusio quã non assero sz disputatiue pono est ista passio animę Christi fuit minor ꝗ passio animarum existentium in purgatorio. Ista conclusio patet expȝssa autoritate Aurelij August. in. 25. d. cap. qui in aliud. Undecima conclusio quã non assero: sed disputatiue pono est ista passio aimę christi fuit minor ꝗ passio dęmonũ aut animaruz damnataꝝ. Hęc cõclusio probatur Passio dęmonũ aut animaꝝ damnataꝝ est maior ꝗ passio animaruz existentium in purgatorio: ergo per locum a fortiori ꝛ maiori passio animę Christi est minor ꝗ passio animarum damnatarum aut dęmonũ. Duodecima conclusio ꝛ vltima est ista passio animę Christi maior fuit intensiue ꝛ extensiue omni pœna quorumcunqꝫ hominum experta in hac vita. ista conclusio probatur expȝssa autoritate. Hieremię threnoruz primo ca. dicentis. In persona christi. O vos omnes qui transitis per viam: attendite. ꝛc. idest nullus est similis nec adeo magnus. Probatur etiã ratione. Christus habebat tenerrimaz carnem: complexionem delicatissimã: ꝛ passo est in locis doloꝛisissimis ꝛ a villissimis ministris in loco villissimo: et habebat nolle absolutum respectu omniũ peccatorum a principio quę fuerũt vsqꝫ ad

finem: ergo nullus est aut fuit: aut erit dolor adeo magnus sicut dolor Christi. Potest etiam probari propter .4. genera causarum: scilicz propter causam efficientem: formalem finalem: z materialem: vt patet intelligenti. Propter causam efficiētem patet: quia passus est a suis subditis z seruis: z familiari proditore iuda: quibus multa bona contulerat propter causam materialem patet: quia in materia delicatissima z neruosa quę maxime est dolorosa propter causam formalem patet: qz habebat pro obiecto peccata oium hominum: qui sunt: fuerunt: z erunt propter causam finalem patet: quia sciebat paucis profuturam suā passionem sanctissimam.

¶ Contra secundam conclusionem arguitur. sic sequeretur quod anima Christi in primo instanti suę creationis habuisset tantam tristitiam sicut in cruce. Immo continuo habuisset maximam tristitiam: consequens est falsum: ergo conclusio nulla: sequela probatur in primo instanti suę creationis anima christi habebat nolle absolutum respectu omnium peccatorum z nolle conditionatuz respectu mortis z videbat clare in verbo diuino omnia peccata futura z mortem suam venturā: ergo in primo instanti suę creatiōis z continuo tantam habuit tristitiaz sicut in cruce. Ad hoc argumentum respondetur negando sequelam: et ad probationem negatur consequētia z si probes: quia illę causę producebant tristitiam in cruce: ergo eędē causę producebant in primo instanti suę creationis tristitiam: negatur etiam cōsequentia: z ratio est: quia in primo instanti suę creationis gaudium visionis diuinę producebat gaudium z impediebat productionem talis tristitię: z non impediebat in cruce. ideo clamauit saluator noster Eli eli lama azafrani. idest. Deus deus meus quare me dereliquisti? Nam tunc diuinitas non impediebat causas productiuas tristitię z dolorum. Contra istam solutionez arguitur: sequeretur quod post instās mortis Christi adhuc fuisset talis tristitia in anima Christi: cōsequēs est falsum z absurdum. ergo sequela probatur ante mortem erat talis tristitia z post mortem erāt causę cōseruatiuę talis tristitię: ergo post mortem adhuc erat talis tristitia in anima Christi. Ad hanc replicā respondetur negando sequelā: z ad probationem negatur ꝓña: z ratio est: qz tunc post mortē gaudiū summū qđ habebat aīa Christi destruxit omnē illam tristitiā. Nam tunc dñs deus non amplius impediebat actiuitatē summi gaudij: z teste pđo nostro summū gaudiū expellit oēz tristitiā

¶ Cōtra septimā cōclusionem arguit sic aīa xpi scōm portionē superiorem large sumptā volebat absolute mori propter deum z sciebat sic euēturum: ergo gaudebat: z per ꝓña non tristabatur. vltima cōsequētia probatur: qz alias habuisset gaudiū z tristitiā de eodez obiecto. Ad hoc argumētū rñdetur negādo vltimam ꝓñam. Nam tristitia erat

respectu nolitionis conditionatę: z gaudiū respectu volitionis mortis libere z absolute z non inconuenit gaudiū z tristitiā respectu diuersoz esse in eadē aīa: imo bonus xpicola teste diuo August. de pctis dolet: z de dolore gaudet. Contra istā solutionem arguitur nūq̄ nolitio cōditionata causat tristitiā qñ conditio est volita: sed xps nolebat euadere mortē absolute z libere ergo nō tristabatur. Ad hoc rñdetur ꝙ quāuis cōditio erat volita libere ab aīa xpi: tñ naturaliter erat nolita z hoc sufficit ad productionem tristitię.

¶ Contra vltimam cōclusionē arguitur sic passio diui Laurētij vel diui Vincentij fuit maioz q̄ passio christi ergo vltia pclusio falsa: a sic probatur diuus vincentius z diuus Laurētiꝰ passi sunt ab igni z ignis est magis aflictiuus q̄ claui ferrei: ergo maioz fuit passio sanctoz martyrum Laurēti z vincētij q̄ passio christi. Ad hoc argumentū rñdetur negādo aīs z ad probationē negat ꝓña. rō est: qz licet respectu eiusdez obiecti sit magis afflictiuus ignis q̄ clauī: non tñ oportet ꝙ ignis magis afflixerit diuos martyres Laurentiū z vincētiū q̄ clauī afflixerūt xpm. Ratio est multiplex. Prima est qz christus habebat carnē tenerrimā. Secūda est: qz christus habebat cōplexionem magis delicatā. Tertia est: qz virtus diuina nō iuuabat hūanitatez christi: ideo clamauit in cruce saluator nr. Heli helizē. Multę erant etiā alię causę affligentes humanitatē christi: q̄ nō affligebāt

pręfatos Martyres: z regulariter virtus diuina semper iuuabat martyres i suis martyrijs. Itaq̄ interdum nullū dolorem aut tristitiā patiebātur in tormētis. Immo potiꝰ ridebant z gaudebāt z erant tristes quando deponebātur z dicebant ꝙ nunq̄ melius fuerāt q̄ in tormētis propter refrigerium quod saluator noster ipsis impēdebat. Cōtra istā solutionē arguit seq̄tur ꝙ in aīa xpi simul z semel fuissent summū gaudium z summa tristitia ꝓñs est falsum z implicat igitur falsitas ꝓñtis ꝓbat aīa xpi habebat summū gaudiū z teste philosopho nr̄o summū gaudiū omnē expellit tristitiā ergo nulla fuit tristitia in aīa xpi. Ad hāc replicā rñdetur negādo seq̄lā z illa data negādo minorē z ad probationem negatur ꝓña z rō est qz dictum philosophi intelligit naturaliter z nisi dñs deus impediat: modo specialiter dñs deus impediebat actiuitatem summi gaudij ne expelleret tristitiā ab aīa christi. Circa istā .q. dubitatur an in instāti mortis xpi fuerit summa tristitia i aīa christi. Ad hoc dubiū rñdetur vario mō scōz duas opiniones philosophorū. Nā si teneamus ꝙ nō datur minimū naturale: sed maximū qđ non: tunc non datur instās in quo moritur: sed bñ instās in quo mortuus est primo z tunc nulla est tristitia in aīa xpi. Nā iaz est destructa z extincta a summo gaudio Si vo dek minimū nat'e tūc datur instās in quo moritur. s. illud instās in quo aīa xpi solum informabat minimam partē cordis z in illo instāti fuit summa tristitia in anima

christi ⁊ obtulit seipsum cum lachrymis: vt inquit Apostol⁹ ad hebr̃os nono capitulo ⁊ cum clamore valido: quem immediate ante illud instãs emiserat.

An in Christo fuerit necessitas patiendi ⁊ moriẽdi q̃ est defectus generalis.

Distinctio. XVI.



Jcorit q̃stis ex predictis ducens originem. Bictuz est enĩ sup̃ q̃ christus i se nostros defectus suscepit. ¶Preter pctĩn. Est aũt hois quidam generalis defectus: qui pctĩn non est: scz necessitas patiendi vl̃ moriendi. Unde corpus nr̃m non tm̃ mortale: sz etiam mortui dicitur: qz non tm̃ aptitudinẽ moriendi: sed etiam necessitatez hz. Jdeo queritur vtruz necessitas talis in christi carne fuerit? Be aptitudine enĩ moriendi q̃in eo fuerit ambiguum nõ est q̃ etiam ante pctĩn in hoĩe fuit quando aliquis in eo non fuit defectus: nec ergo mortalitas illa tunc in eo fuit defect⁹: qz nature ei erat Unde etiã quidã talẽ mortalitatem in nobis non esse defectum non improbe tradunt: sed necessitatẽ moriendi vel patiẽdi: que etiã mortalitas dicitur vel passibilitas. Bicitur enĩ hõ nũc passibilis vel mortalis: non mõ ꝓpter egritudinem: sz etiam ꝓpter necessitatẽ. Sed nũquid hic defectus fuit i Christi carne? Ala quoq; eius cũ passibilis extiterit ante mortem: nũquid necessitatem patiendi habuit? Si enĩ necessitas patiendi vel moriẽdi fuit in Christo. non videt sola voluntate miserationis defect⁹ nostros accepisse. Ad qõ dici põt: Christũ voluntate nõ necessitate sue nature hos defectus sicut alios suscepisse. s. necessitatẽ patiendi in aia: simul aũt patiendi ⁊ moriendi in carne. Uerũ hãc necessitatem nõ habuit ex necessitate sue conditionis: qz a pctõ immunis: sed ex sola voluntate accepit. de nr̃a firmitate ponẽs tabernaculus suum in sole. s. sub tempozali mutabilitate ⁊ labore Ũñ super epistolam ad hebr̃os autoritas dicit: qz sicut hoĩbus alijs iure ⁊ lege nature statutum est semel mori: ita ⁊ xp̃s eadem necessitate ⁊ iure nature semel oblatus est ⁊ nõ sepe. Hec iõ dicit iure nature q; ex natura sue conditionis hunc defectum traxerit: qui etiam nõ prouenit nobis ex natura scõm qõ prius est instituta: sed ex ea peccato viciata. ⁊ ideo dicit hic effect⁹ naturaĺ: qz quasi pro natura inolcuit in omnibus diffusis.

De statu hoĩs ⁊ quid de singulis Christus accepit.

¶Et est hic notandum Christũ de omni statu hoĩs aliquid accepisse: qui oẽs venit saluare. Sunt enĩ quattuoz status hominis. ¶Primus ante peccatuz. Scõs post pctĩn ⁊ ante gr̃am. Tertius sub gr̃a. Quart⁹ i gloria. Be primo statu accepit immunitatem pcti. Unde Augu. illud Joãnis euangeliste exponens. Qui de sursum venit sup oẽs est. Bicit christum venisse desursum. i. de altitudine humane nature ante pctĩn: qz de illa altitudine sumpsit verbum dei humanã naturam dũ non assumpsit ipsam culpã cuius assumpsit penam. Sed penam assumpsit de statu scõo ⁊ alios deffectus. Be tertio vero gratie plenitudinem. Be quarto non posse peccare ⁊ dei pfectã cõtemplationẽ. Habuit enĩz simul bona vie q̃dã ⁊ bõa pr̃ie: sicut ⁊ q̃dã mala vie.



Jrca sextãdecimaz distin. quẽritur an in christi carne fuerit moriẽdi necessitas. probui⁹ quẽstionis intelligẽtia est notandum primo q; necessariuz nõ capitur in proposito scẽe intentionaliter pro necessaria propositione: sed capitur prime intẽtionaliter ⁊ ad huc tripharĩã ꝓmo pro re quẽ nõ põt non esse ⁊ sic solus deus est res necessaria. Scõo accipit pro necessitate violentie siue coactionis qualis est necessitas corruptionis ligni positi intra ignẽ: qõ violenter ab igne corr̃upit ⁊ cõburit. Tertio accipit pro necessitate finis siue cõditiõnata ⁊ isto mõ merita sunt necessaria ad consequendã beatitudinem. Scõo est notãdum scõz diuũ Thomã ⁊ alios doctores q; necessitas moriendi partim ex natura partim ex peccato prouenit. Ex natura quidẽ: quia corp⁹ hois cõpositũ est ex cõtrarijs: q̃ nata sunt pati ⁊ agere inuicẽ scõm diuersas partes organicas: ad quaz actionem sequtur tandem corruptio corporis: corruptis qualitatib⁹ ad operationes vt tales req̃sit̃. Ex peccato autẽ inest necessitas moriẽdi homini: quia expulsus est a paradiso terrestri: vbi erat lignũ vite: quod pr̃seruabat a morte. Tertio est notãduz q; loquẽdo de necessitate moriẽdi possum⁹ cõparare verbũ ad hũanitatẽ assũptam. s. vtrum ꝟbũ assumpsit hũa-

nitatem mortalem. Possum⁹ etiaz cõparare naturaz humanã ad suas qualitates idest vtrũ natura humana in christo cõsiderata in ordine ad suas qualitates naturales ea conse quentes habuit necessitatẽ moriẽdi Possumus preterea cõparare naturã humanã ad gloriaz aiẽ. Idest vtrũ humana natura in xpo habẽs gloriã in portione superiore habuit necessitatẽ moriendi.

¶ Istis notatis respondetur per quattuor cõclusiones. quarum Prima est ista ✠bum diuinũ nõ necessario primo mõ assumpsit naturam humanã mortalem. Ista cõclusio patet: qz verbuz diuinũ poterat assumere hũanã naturã imortalez: immo si pmisisset gliaz aiẽ xpi redũ daret i corp⁹: tã hũanitas quã assũpsit fuisset imortalis. Scõa pclusio est ista i nullo hoie quãtucũqz peccatore est necessitas moriendi primo modo. Ista pclusio probat: qz quẽlibet peccatorẽ deus põt cõseruare eternaliter sicut cõseruat demones eternaliter. Scõa pclusio est ista in natura hũana a ✠bo assumpta non fuit necessitas moriendi scõo z tertio modis scõm dei potentiã absolutam: ista pclusio patet ex precedentibus. Quarta pclusio est ista in xpi carne fuit necessitas moriendi scõo z tertio modis scõz legem dei ordinatã prima pars huius pclusionis patet humanitas xpi erat cõpositã ex cõtrarijs ergo cõtinuo erat actio inter illa. s. inter calorem naturalez z humidum radicale: nisi dñs deus impediuisset. Sed ✠bũ diuinũ poterat impedire talem actionẽ z nõn impediuit ergo tãdem consumatuz fuisset humidum radicale z per pñs prima pars vera. Scõa pars patet erat iam ordinatũ a dño deo q xps moreretur pro apertione celi: ergo ad beatitudinẽ consequendã necessaria fuit passio christi siue mors z per pñs secunda pars vera.

¶ Cõtra probationẽ prime cõclusionis arguitur sic quãuis gloria aiẽ christi redũdasset in corpus adhuc corpus christi fuisset mortale ergo probatio nulla. añs probat cuius gloria redũdasset in corp⁹ nõ poterat producere impassibilitatez ergo adhuc corpus xpi fuisset passibile z mortale. añs probatur: qualitas corporalis siue corpus non potest agere in spiritũ. Teste Augst. ergo qualitas spiritualis nõ potest agere in corpus z per pñs fruitio z visio dei: que sunt qualitates spirituales nõ possunt pducere impassibilitatem in corpus. Ad hoc argumentum rñdetur negando añs z ad probationẽ negatur iteruz añs z ad probationẽ scõm Thomã negabit añs: qñ dñs deus dat rei corporali ✠tutẽ scõz opinionẽ doctoris subtilis õz q visio z fruitio dei non causant talẽ ipassibilitatẽ: sed dñs de⁹.

¶ Cõtra vltimã pclusionẽ argr sic hũanitas xpi poterat seipaz ppetuare cuius gliã aiẽ non redũdasset in corp⁹ ergo vltima pclusio falsa. añs probat hũanitas xpi distincte cognoscebat suũ calorẽ naturalez z distincte cognoscebat hũiduz radicale z distincte cognoscebat quãtuz

destruebatur de humido radicali: z quãtum requirebatur ad restauration em. Optime etiaz cognoscebat epulas sufficientes ad restaurationem. Nam supremã scientiã habebat ergo poterat restaurare semper humiduz radicale z per pñs nunqz mortuus fuisset. Ad hoc argumentuz rñdetur negãdo añs z ad probationez negatur pñia z ratio est: quia potentia nutritiua siue conuersiua cibi in substantiã aliti cõtinuo debilitabat z tãdem fuisset adeo debilis vt nõ potuisset cõuertere in substãtiã aliti cibũ: z per pñs tũc xps mortuus fuisset. Sed cõtra istã solutionem replicabis hũanitas xpi poterat restaurare z fortificare potentiã nutritiuã ergo poterat seipsuz ppetuare. añs patet: qz poterat accipere aliquas herbas vel aliquos fruct⁹ vel aliquas carnes: q potuissent fortificare potentiaz nutritiuã. Ad hãc replicã rñdetur negando añs: z ad probationez dico q nihil erat in isto mũdo: qõ potuisset restaurare z fortificare potentiã nutritiuã. sed bene erat siue est in paradiso terrestri arbor: q poterat talem potentiã nutritiuã fortificare. s. lignum vite: sed in terra promissionis neqz in mũdo est aliquod tale lignũ idcirco humanitas christi nõ poterat seipsam perpetuare.

¶ Scõo arguitur cõtra eãdem cõclusionẽ volũtas aiẽ xpi dominabat pfecte appetitui sensitiuo z oĩb⁹ viribus⁹ inferiorib⁹ ergo volũtas aiẽ xpi poterat auferre omnẽ violentiã z pñs potẽtia vegetatiua siue nutritiua poterat ppetuari i xpo: añs probat nulla fuit rebellio neqz potuit esse in xpo ergo volũtas christi perfecte domiabatur appetitui sensitiuo z oĩbus viribus inferiorib⁹. Ad hoc argumentũ rñdetur q volũtas aiẽ christi magis dominabat appetitui sensitiuo qz potẽtie vegetatiue siue nutritiue. rõ est: qz potẽtia sensitiua est aliqualr capax rationis: sed potẽtia vegetatiua nullo modo est capax rationis idcirco volũtas aiẽ christi nõ poterat expellere omnem violentiam a potẽtia vegetatiua.

¶ Tertio argr Joã. x. ca. dicit saluator noster: nemo tollit aiãm meã a me: sed ego põ. z postea subiungit potestatẽ habeo ponẽdi aiaz meã z iterũ sumendi eaz ergo non fuit necessitas moriẽdi in xpi carne Ad hoc argumẽtũ rñdet q saluator loqbat in ppria pona q est filius dei z nullo mõ loqbat de hũanitate aut aĩa sua. Nam hũanitas xpi aut aĩa eius nõ habebat talẽ potestatẽ: sed bene ipsuz verbũ diuinũ. Cõtra istã solutionẽ arguitur hũanitas xpi habebat talem potestatẽ ergo solutio nulla: añs probat qñ hũanitas xpi expirauit in cruce habebat potestatem retinẽdi aiam ergo assumptũ verũ: antecedens probat clamauit clamore valido tũc vt inquit Apostol. ad hebreos. nono capitulo z non potuisset taliter clamare nisi habuisset talem potestatem retinẽdi aiãm ergo talem habuit potestatem. Ad hanc replicam respõdetur negãdo antecedẽs: z ad probationẽ

itex negatur añs: ꝛ ad p̄bationez negat minor: ſz ideo clamauit adeo valide: qz verbū diuinū ſpecialiter inuit ipſam humanitatē ad talē clamorem tā validū qui inferos penetrauit ꝛ dēs dęmones perterruit.

¶ Quarto arguitur gloria animę xp̄i redundauit in corpus: ergo hūanitas xp̄i fuit immortalis: p̄ia tenet: qz dictū eſt in p̄batione p̄imę concluſionis: q̄ ſi verbū permiſiſſet gloriā aię Chriſti redūdare in corpus: humanitas eſſet immortalis. iam p̄batur añs. Quādo trāſfiguratus eſt in monte Thabor tunc gloria aię Chriſti redundauit i corpus: ergo aſſumptum vex. Ad hoc argumentum poteſt concedi añs ꝛ negari p̄ia: ꝛ ad p̄bationez dicēt intelligi p̄bationē p̄me cōcluſionis de redundantia permanendi ꝛ ad p̄bationē dico q̄ hoc non p̄omęruit in corpus: ſed verbū diuinū ſpecialiter illā magnā claritatē aſſumſit. Circa iſtā quęſtionez dubitatur. Vtrū fuit in poteſtate aię xp̄i nō ſeparari a corpore. Ad hoc dubiū reſpondetur per tres cōcluſiones. quarū p̄ima eſt iſta. Si dīs deus reliquiſſet aiam xp̄i cū ſua beatitudine ꝛ non impediuiſſet actiuitatē glorię tunc aia xp̄i habebat in ſua poteſtate non ſeparari a corpore. Iſta concluſio patet tūc hūanitas fuiſſet immortalis. Scōa concluſio eſt iſta poſita ſuſpēſione actiuitatis glorię nō habebat aia xp̄i in ſua poteſtate nō ſeparari a corpore. Iſta cōcluſio patet: qz ab intrinſeco ꝛ extrinſeco poterat pati violentiā. Tertia concluſio eſt iſta. ſi iudęi non crucifixiſſent xp̄m ꝛ verbū diuinū reliquiſſet potētias naturales agere tandem ſenio xp̄s defeciſſet. Iſta concluſio eſt Aurelij auguſt. in lib. de baptiſmo parvuloꝝ. Et p̄batur rōne: qz tandez potentia vegetatiua ſiue nutritiua fuiſſet adeo debilitata vt nō potuiſſet cōuertere cibū in ſubſtātiā aliti.

¶ Dubitatur ſecundo an paſſio xp̄i fuit violenta. Ad hoc dubiū rſidetur affirmatiue. Sed cōtra iſtā rſionē arguitur. Eſt autoritas Auguſt. in. xiij. cap. 4. lib. de trini. dicentis de ſp̄ū xp̄i: q̄ non deſeruit carnē inuitus: ſed: qz voluit: ꝛ qñ voluit: ꝛ quō voluit. Propterea dicendū eſt q̄ duobus modis capitur violentū: vno modo p̄o illo quod eſt p̄ra naturalē inclinationem. Et iſto modo paſſio xp̄i fuit violenta: alio modo capitur violentū p̄o illo quod eſt cōtra liberā volitionē. Et iſto mō paſſio xp̄i non fuit violēta. ꝛ iſto modo capit Aure. auguſt. ꝛ nō primo mō. Contra iſtā rſionem arguit: ſi paſſio xp̄i fuiſſet violenta primo modo ſequeretur q̄ xp̄s non meruiſſet per eam p̄ns eſt abſurdū ergo. Ad hoc negatur ſequela: rō eſt: qz licet talis mors fuiſſet neceſſaria ſcōo ꝛ tertio modis ſcōm legē dei ordinatā: ꝛ cōtra naturalē inclinationē nihilominꝰ: qz libere acceptabat: ideo merebat veluti Iob merebat acceptando mala q̄ ſathā ſibi inferebat q̄uis nō erat i poteſtate Iob talia mala euitare: ſz de his plura i. xviij. diſt. dicemꝰ.

Si omnis Chriſti oratio vl̄ voluntas expleta ſit.

Diſtinctio. XVII.



Oſt predicta conſiderari oportet. Vtrum Chriſtꝰ aliquid voluerit vel orauerit quod factum non ſit? Hoc enī eſtimari pōt p̄ hoc quod ipe ait. Pater ſi poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte. Veruntñ non qō ego volo ſed qō tu vis. Hic nāq; volūtatē diſcernere videtur.

De voluntatibꝰ Chriſti ſecundum duas naturas.

¶ Quo circa ambigendum nō eſt. diuerſas in xp̄o fuiſſe voluntates iuxta duas naturas. diuinā. ſ. volūtatē ꝛ hūanā. Et hūana volūtas cū affectꝰ rōnis vel affectꝰ ſēſualitat ꝛ aliꝰ eſt affectꝰ animę ſcōm rōnem alius ſecundū ſenſualitatem. vterq; tñ dicit humana voluntas. Affectu autē rationis id volebat quod volūtate diuina. ſ. pati ꝛ mori: ſed affectu ſenſualitatis non volebat. imo refugiebat. nec tñ i eo caro contra ſpiritū vel deū cōcupiſcebat. Quia vt ait Auguſti. nō nullū eſt viciū cum caro concupiſcat aduerſus ſpiritum. Caro autē dicta eſt concupiſcere qz hoc ſcōm ipam agit aīa ſicut anima p̄ aurem audit ꝛ p̄ oculū vidēt. Caro enī nihil niſi per aiam concupiſcit. Sed cōcupiſcere dicitur cū aia carnali concupiſcentia ſpūi reluctat habēs carnalē delectationē de carne ꝛ a carne aduerſꝰ delectationē quā ſpūs habet. Ipſius aūt carnalis cōcupiſcētia cā nōeſt i aīa ſola: nec i carne ſola. Ex vtroq; enī fit: qz ſine vtroq; delectatio talis nō ſequit. Talis ergo ira taliſq; concertatio i aīa x̄p̄i nullatenus eſſe potuit: qz carnalis concupiſcencia ibi eſſe nequiuit. Dei etiam voluntas erat ꝛ rationi placebat vt illud ſcōm carnem vellet, quatinus veritas hūanitatis i eo probaretur. Nā qui hominis naturam ſuſcepit: que ipſius ſunt ſubire debuit. Ideoq; ſicut in nobis duplex eſt affectus: mentis ſcz ſenſualitatis. ita ꝛ in eo debuit eſſe gemin⁹ affectus: vt mentis affectu vellet mori: ꝛ ſēſualitatis affectu nollet. ſicut i viris ſctis ſit. Petro enī ipſa veritas dicit. Cum ſenueris extēdes manus tuas. ꝛ alius precinget te: ꝛ

ducet te: quo tu nō vis. s. ad mor
tem. Quod exponens Augus. dicit q̄ Petrus ad illam mole
stiam nolens est ductus: nolēs ad eam venit: sed volens eam vi
cit: ⁊ reliquit affectum infirmita
tis quo nemo vult mori q̄ adeo est naturalis vt cū Petro nec se
nectus abstulerit. Unde etiam dñs ait. Transeat a me calix iste
sed vicat eum vis amoris. Ergo ⁊ in Christo scōm humanitatez
⁊ in membris eius geminus est affectus. vnius rationis chari
tate informatus. quo ꝓpter de
um quis mori vult. aliter sensua
litatis carnis infirmitati ꝓpin
quus ⁊ ei cōiunctus quo mors refugitur. Ut enim Augus. ait.
Paul⁹ mētis rōne cupit dissolui ⁊ esse cū Christo: sensu autē car
nis refugit ⁊ recusat. hoc habet
human⁹ affectus: qm̄ q̄ diligit vitam odit mortem. Scōm istū affectum Christus mori noluit
nec obtinuit quod secundum is
tum affectum petijt.

Autoritatibus ꝓbat diuersas i Christo voluntates.

¶ Ex affectu ergo hūano quez de virgine traxit volebat nō mo
ri ⁊ calicē transire orabat. Unde Beda. Orat transire calicez: qz homo erat dicens. Pater tran
seat a me calix iste. Ecce habes voluntatē humanā expressam. Vide iam rectum cor. Sed nō
qđ ego volo: sz qđ tu vis. Unde Non veni facere voluntatē me
am: quā scz temporaliter sumpsi ex virgine: sed voluntatem eius qui misit me quam scz eternā ba
bui cum patre. Hic aperte dicit duas in xp̄o fuisse voluntates:
scōm quas diuersa voluit. Hie
ron. quoq; sup illū locū. Spi
ritus promptus est: caro aūt in firma. dās intelligi hic duas vo
luntates exprimi: ita ait. Hoc contra Euticianos qui dicunt
in xp̄o vnā tm̄ voluntatez. Hic autem ostendit humanā que ꝓ
pter infirmitatez carnis recusat passionem. ⁊ diuinā q̄ prōpta ē perficere dispensationē. Augus.
etiam duas in xp̄o asserit volun
tates dicens. Quantū distat de us ab homine. tantum volūtas
dei a voluntate hominis. Unde hoiem xp̄s gerens ostendit pri
uatam voluntatatē quādā hois in qua ⁊ suam ⁊ nostram cōfigu
rauit. qui caput nr̄m est. ⁊ ad eū sicut membra pertinemus. Pa
ter inquit si fieri potest trāseat a me calix iste. Hec hūana volun
tas erat proprium aliquid ⁊ tan

q̄ priuatum volens. Sed qz re
ctū vult esse hoiem. ⁊ dirigi: sub
dit. Non quod ego volo: scz tu vis. Ac si diceret. Videte i me
qz potes aliquid proprīū velle. vt deus aliud velit. conceditur
hoc humane fragilitati. Idem alibi. Christus in passione duas naturas. Ait enī. Pater si fieri
potest trāseat a me calix iste. Ec
ce habes hois voluntatem quā ad diuinam cōtinuo dirigēs ait
Verumtñ non sicut ego volo sz sicut tu. Ambro. etiam in li. de
tri. Scriptū est Pr̄ si possibile ē transfer a me calicem hunc. Ver
ba cristi sunt. sed quō ⁊ i qua for
ma dicant aduerte. Hominis su
bstātiā gerit hominis assumpsit affectū. Non ergo quasi de⁹: sed
q̄si homo loquit. Suscepit qui
dem voluntatē meam. Mea est voluntas quā suam dixit cū ait.
Non sicut ego volo: sed sicut tu vis. Cuz aūt dixit. Omnia que
habet pater mea sunt. qz nihil ex cipit: sine dubio quaz pr̄ habet:
eandem ⁊ filius hz voluntatez. Eadē est xp̄i voluntas q̄ patna.
Una ergo voluntas est patris ⁊ filij. Sz alia volūtas hois: alia
dei. vt scias vitaz in voluntate es
se homis. passionē aūt xp̄i in vo
luntate diuina. vt pateret ꝓ no
bis. His testimonijs euidenter docet in xp̄o duas fuisse volunta
tes. qđ quia negauit Machari us archiep̄s in Metropolitana synodo condemnat⁹ est. Et ex af
fectu humano sensualitatis qui dē non rationis illud voluit ⁊ pe
tijt qđ nō impetrauit. Necideo petijt vt impetraret. quia sciebat deum nō esse facturū illud. Nec
illud fieri volebat affectu ratio
nis vel volūtate diuinitatis. Ad quid ergo petijt? Ut mēbris for
maz preberet iminente turbatio ne clamandi ad dominū. ⁊ subij
ciēdi voluntatē suam diuine vo lūtati. vt si pulsante molestia tri
stentur pro eiusdez ammotione orent. Sed si nequeunt vitare di
cant quod ipse xp̄us. Non ergo ad insipientiā fuit q̄ christus cla
mans nō auditur ad salutē cor
poralem. Bonū quidem petijt. s. vt non moreret. sed melius erat
vt moreret. quod ⁊ factum est.

De eo qđ Ambrosius dicit Christum dubitasse affectu humano.

¶ Ceterū non parum nos mo uēt ẏba Ambrosij quibus signi
ficare videtur christum ſm hu
manum affectū de patrijs potē
tia dubitasse. sic dicēs in li. iij. de

tri. De quo dubitat: de se an de patre? De eo vtiq; cui dicit trãsfer dubitat hominis affectu. Nã deus de patre nõ dubitat: nec ô morte formidat. Prophetaetiã nõ dubitat q̃ nihil deo esse ipossibile asserit. Naz infra homines ꝓstitues deum. ꝓphetanon dubitat. ⁊ filiũ dubitare tu credis. Ut homo ergo dubitat. vt hõ locutus est. His verbis innui videt q̃ cristus non inq̃tum deꝰ ẽ vel dei filiꝰ. sed inq̃tum homo dubitauerit affectu hũano. Nõ ca ratione dictũ accipi põt. non quia ipse dubitauerit: sed qz modum gessit dubitantis. ⁊ homibus dubitare videbatur.

Verba Hilarij longe diuersam exprimentia sententiã a premissa.

¶ Illud etiã ignorandum non est quod Hylarius asserere viõz xpm non sibi sed suis orasse. cuz dixit transfer a me calicẽ hũc. sicut nec sibi sed suis timuit. Nec eũ timuisse vt sibi: nõ esset passio sz vt a suis trãsiret calix passiõis ita inq̃ens. Si passio honorificatura euz erat. sicut iuda ereũte ait. Nũc honorificatꝰ est filius hois. quõ tristẽ eũ metꝰ passionis effecerat. Nisi forte tam irrationabil fuerit vt pati mortez timuerit q̃ patientẽ se glorificatura esset. Sed forte timuisse vsq; eo estimabatur vt transferri a se calicem depcatus sit dicẽs. Pater trãsfer calicẽ hũc a me. Quomõ enim ꝓ patiendi metũ transferri depcaret a se. qõ p dispensationis studiũ festinaret implere. Non enim ꝓuenit vt pati nolit: qui pati venit. ⁊ eũ pati eum velle cognosceres religiosius fuerat hoc confiteri. q̃z ad id impie stulticie ꝓrumpere. vt eum assereres ne pateretur orasse. quẽ pati velle cognosceres. Non ergo sibi tristis: neq; sibi orat transire calicẽ: sed discipul. ne in eos calix passionis incumbat. quẽ a se transire orat. ne in his. s. maneat. Nõ eiñ rogat ne secum sit: sed vt a se transeat. Deinde ait. Non sicut ego volo: sz sicut tu vis. Hũane in se sollicitudinis significans cõsortium. sed non discernens sententiã sibi cõmunis cuz patre voluntatis. Pro hominibus ergo vult transire calicem p quez omnes discipuli erãt tẽptãdi. ⁊ideo pro Petro rogat: ne deficiat fides eius. Sciens ergo hec omnia post mortẽ suã desitura: vsq; ad mortẽ tristis est. ⁊ scit hũc calicez non posse transire nisi bibe-

rit. Ideo ait. Pater mi si nõ potest trãsire calix iste nisi bibam illũ. Fiat voluntas tua. Sciẽs in se cõsummata passione metũ calicis transiturũ. qui nisi cum bibisset transire non posse. nec finis terroris nisi consummata passione terrori succederet. qz pꝰ mortem eius p ꝟtutum gloriaz apostolice infirmitatis scandalũ pelleretur. Intende lector his verbis pia diligentia ne sint tibi vasa mortis.



Irca decimã septimã dist. quẽrit ꝓmo. vtr in xpo sint duę voluntates. vna diuina: ⁊ alia humana. Pro hꝰ. q. solutione est aduertendũ q̃ Apollinarius hęresiarcha solũ posuit vnã voluntatem in xpo. s. diuinã. Mã non ponebat in xpo aiaz rationalẽ. sed verbũ diuinũ ponebat loco aię rationalis ⁊ sic xps solũ importabat scõm euz verbũ diuinũ ⁊ carnẽ hũanã similiter Eutises ⁊ Nestoriꝰ hęresiarchę solũ ponebant vnã volũtatẽ in xpo: qz ponebant vnionẽ solũ factã scõm voluntatẽ. Macharius vero Antiochenus patriarcha ⁊ Scyphus Alexandrinus. ⁊ Sergiꝰ cõstantinopolitanꝰ patriarcha pariforma posuerunt in xpo vnicã voluntatẽ: quamuis ponebant duas naturas in xpo; qz opinabantur q̃ natura hũana in xpo nũq̃ mouebatur ꝓprio motu. Sed oẽs isti hęresiarche cũ suis hęresibus fuerunt cõdẽnati per sanctã matrẽ ecclesiã in sexto concilio Cõstãtinopolitano. Idcirco rñdet ad quęstionẽ per talẽ conclusionẽ ponẽde sunt in xpo duę voluntates: vna diuina ⁊ altera hũana. ista cõclusio probatur expressa autoritate salvatoris nostri. Joã. 6. dicentis. Nõ veni facere voluntatẽ meã: sed eius q̃ me misit: sed xps venerat facere voluntatẽ diuinã: ergo ponẽda est alia voluntas in xpo distincta a voluntate diuina. Ratiõe etiã potest probari xps habebat aiaz iuxta illũ Joã. 10. Potestatẽ habeo ponendi aiam meã ⁊ iterꝰ sumendi: ⁊ aia habet voluntatẽ distinctã a voluntate verbi diuini: ergo necessarium est ponere duas voluntates.

¶ Contra istã cõclusionẽ argũ voluntas est primũ mouẽs ⁊ imperãs: sed in christo voluntas diuina fuit primũ mouẽs ⁊ imperãs ergo in christo nõ fuit alia volũtas a voluntate diuina. Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo ꝓsiam. rõ est: quia etiã in puro hoie voluntas diuina est primũ mouens: quãtomagis in christo qui simul erat deus ⁊ homo.

Cõtra istã solutionẽ arguitur nullũ instrumẽtũ mouetur ꝓprio appetitu: aut volũtate. Sed humanitas christi fuit instrumẽtũ verbi diuini ergo nõ mouebat hũanitas christi ꝓpria voluntate. Pro hꝰ replice solutione est aduertendũ q̃ duplex est instrumentũ. s. animatũ ⁊ inani-

matū. Et primū adhuc ē duplex. s. animatū aīa sensitiua ⁊ animatum aīa rationali. Isto notato rñdetur distinguēdo maiorem vel ꝓceditur de instrumēto inanimato ⁊ sic cōceditur illa: ⁊ negatur mior in tali sensu: si vero maior itelligatur de quocūq; instrumento tā animato q̄ inanimato negat illa. Certuz eñ est q̄ equ⁹ mouet ad volūtatē eq̄tis. qui est primū mouens: ⁊ etiā mouetur proprio appetitu. Contra istā solutionem arguitur illud solū multiplicatur in christo: qđ pertinet ad naturā: sed volūtas nō pertinet ad naturā ergo volūtas nō multiplicabit in christo: minor probatur ea q̄ sunt naturalia sunt ex necessitate. Sz voluntas est libera: ergo voluntas nō pertinet ad naturam. Ad hanc replicā rñdetur negādo minorē: ⁊ ad probationē dico: q̄ licet voluntas: quo ad actū sit libera in se tamē est quędam res naturalis. Contra istā solutionē arguitur: sequeretur q̄ xp̄s eēt plures volentes: ꝓs est falsum: ergo sequela probatur. Christ⁹ habz duas vel tres voluntates: ergo est duo vel tres volentes. Ad hāc replicam rñdetur negando sequelā: ⁊ ad probationē negatur ꝓña: non eñ sequitur in simili. diu⁹ Petrus habz duas vel tres scientias. ergo est duo vel tres scientes.

¶ Queritur secundo circa eandem distiñ. An magister bene ponat in pñti distinctione triplicē voluntatem in xp̄o. Pro hui⁹ questionis intelligentia est primo notādū q̄ sensualitas siue appetitus sensitiu⁹ te ste p̄ho nostro in primo libro ethicorum. inquantū natus est obedire rationi: dicitur rationalis per participationē: ⁊ qz volūtas est in rōne pariforma potest dici quod sēsualitas est volūtas per participationē siue large. Secundo est notandū q̄ voluntas potest trifariā considerari. s. scōm naturā: scōm potentiā: ⁊ scōm modū volendi. Si consideretur primo modo solū duplex est voluntas in xp̄o. s. volūtas increata siue diuina et volūtas creata siue humana. Si vero considerek scōo mō triplex est voluntas in xp̄o: qz triplex est potentia. s. potentia diuina. potētia rationalis: ⁊ potētia sensitiua. Unde potentię diuinę correspondet volūtas diuina: ⁊ potentię rationali correspondet voluntas rationalis. ⁊ potentię sensitiuę voluntas appetitus sensitiui large. Si vero considerek tertio mō tunc est multiplex voluntas in xp̄o: qz varij sunt motivo volendi in aīa xp̄i. Istis notatis rñdetur ad quęstionē per aliquas conclusiones, quaꝝ prima est ista. Si voluntas considereturo primo mō solū sunt duę volūtates in xp̄o. Scōa cōclusio est ista si cōsideretur voluntas scōo mō triplex solū est voluntas in xp̄o ⁊ ita cōsiderauit magister in presenti distinctione. Tertia conclusio est ista si cōsideretur voluntas tertio mō plures sunt ponendę volūtates in xp̄o q̄ tres. istę oēs conclusiones patent ex notabilibus.

¶ Contra scōam cōclusionē arguitur sic voluntas solū est in rōne ergo nulla est ponenda volūtas sensualitatis in aīa xp̄i. Ad hoc argumētum rñdetur distinguēdo aīs vel q̄ essentiā ⁊ sic conceditur illud ⁊ negatur ꝓña vel per participationē ⁊ sic negatur illud: mō si ponitur in xp̄o voluntas sensualitatis: hoc est per participationē ⁊ large ⁊ non q̄ essentiā. Contra istā solutionē arguit auctoritate Augustini in. 12. lib. de tri. dicētis. q̄ per serpentē significatur sensualitas. sed nihil serpētinū fuit in xp̄o: ergo non est ponenda sensualitas in xp̄o. Ad hoc rñdetur q̄ Augustinus intelligit quantū ad corruptionē sensualitatis ⁊ non quantuz ad naturā. mō si ponimus sensualitatē in xp̄o: ponim⁹ quo ad naturaz ⁊ non quo ad corruptionez. Contra istā solutionē argr̄ voluntas sequit naturā: sed in xp̄o solū sunt duę nature: ergo solū erūt duę volūtates. Ad hoc facile rñdetur q̄ vez est considerando voluntatē primo mō: non autem secundo modo.

¶ Scōo argr̄ sic in xp̄o nō fuit liberū arbitriū: ergo in xp̄o non fuit voluntas hūana: aīs ptz teste p̄ho nostro in. 3. lib. ethicoꝝ. s. liberū arbitriū est indifferēs ad vtrūq;. s. ad bonū ⁊ ad malū: sed aīa xp̄i non poterat elicere malū actū: ergo in xp̄o nō fuit liberū arbitriū. Ad hoc argumentū rñdetur negando aīs: ⁊ ad probationē dico q̄ p̄s procedit de libero arbitrio nature corruptę. ⁊ nō de libero arbitrio nature itegrę. certum eñ est q̄ beati habeant liberuz arbitriū ⁊ non possunt elicere actus malos: possunt tamen aliqs bonos actus elicere: ⁊ illos non elicere. Et respectu taliū bonoꝝ opeꝝ habēt liberū arbitriū. Sil̄r aīa xp̄i poterat aliqs bonos act⁹ elicere: ⁊ illos non elicere ⁊ respectu taliū hębat liberū arbitriū. Cōtra istā solutionē argr̄ in xp̄o non fuit electio: ergo neq; liberū arbitriū: aīs probatur. electio teste philosopho in. 3. ethicoꝝ presupponit consiliū est enim electio appetitus preconsiliati: sed in christo non fuit consiliū ergo in christo non fuit electio. minor probatur solū consulimus de rebus incertis ⁊ incognitis. Sed oīa erant certa ⁊ nota aīę christi in verbo diuino ergo aīa xp̄i non cōsulebat siue non cōsulebatur: ⁊ per consequēs nō habuit consiliū. Ad hanc replicam respōdetur negādo antecedēs: ⁊ ad probationem dico: q̄ philosophus procedit de electione nature ignorantis: qualis est nostra natura humana: ⁊ non de natura habente plenitudinem sciētię: modo anima christi habebat plenitudinem omniū scientiarum: ideo non indigebat consilio.

¶ Queritur tertio circa eādem distinctionē vtrum in christo voluntatū fuerit contrarietas. Pro hui⁹ questionis enodatione est notāduz q̄ duplex est appetitus. s. naturalis ⁊ animalis. Appetit⁹ naturalis est naturalis inclinatio rei ad suā perfectionem ⁊ nullum actum ponit: neq; aliquā cognitionē presupp̄oit. Immo quātūcunq; hō pfecte dormiat habet talem appetitū naturalem. Appetit⁹ animalis presupponit cognitionē vel in potētia sensitiua vel intellectiua. Et ideo est du-

plex. s. appetit⁹ sensitiuus: ⁊ appetitus intellectiuus. appetitus sensitiuus est prosecutiuel fuga obiecti cogniti a potentia sensitiua. Appetitus rationalis siue intellectiuus est amor vel odium alicuius obiecti cogniti a potentia cognitiua. Nam teste Aurelio august. inuisa diligere possum⁹: icognita vero nō. Scōo est notandum ꝙ voluntas naturalis trifariam accipitur. vno modo vt distinguitur contra voluntatem supernaturalem aut diuinam. Alio modo accipitur pro naturali inclinatione cuiuslibet rei ad suaz perfectionē. Tertio modo accipitur pro volūtate eliciente vel recipiente actum conformē ad suam naturalem inclinationem siue eliciat talem actum libere siue necessario. Tertio est notandum ꝙ ad contrarietatem requiritur ꝙ sint circa idem obiectum ⁊ in eadem potentia. Alias nō est repugnantia inter tales actus. Quarto est notandum ꝙ tripliciter aliquę voluntates dicuntur conformes. Primo modo in volito. s. quādo voluntidem obiectū adequatę. Scōo modo quādo eodem modo volunt. tertio modo dicūtur cōformes in actu: videlicet quādo vna potentia vult altā talem actū habere primo modo volūtates beatoꝝ sunt cōformes voluntati diuinę. Scōo mō voluntates iudeorū volētium xp̄m mori nō fuerūt cōformes volūtati diuinę: qz de⁹ volebat xp̄m mori ex caritate: qua diligebat mundū. Juxta illud Joānis. 3. sic deus dilexit mundū vt ⁊c. Judei vero volebant xp̄m mori ex inuidia ⁊ malitia. sed bene fuerūt pformes. primo mō. s. in volito voluntati diuinę. Tertio modo Abrahā habuit volūtatē cōformē volūtati diuinę: volēdo occidere filiū suuz: qz dīs deus volebat Abrahā habere talē voluntatē occidēdi filiū ⁊ talis volūtas nō erat cōformis primo mō volūtati diuinę. Nā de⁹ nolebat ꝙ occideret Jsaac ab ipso Abrahā. Jstis notatis rīdetur ad questionē per. 4. cōclusiones quarū Prima est ista: volūtas aīę christi rōnalis: quantū ad oēs actꝰ liberos ⁊ absolutos semper fuit cōformis volūtati diuinę in volito: et modo volēdi ⁊ actu. Jsta conclusio probatur. volūtas animę christi volebat absolute et libere illud quod volebat deus. ⁊ ex charitate: ⁊ dīs deus volebat animam christi tales actus habere: igitur cōclusio est verā quo ad oēs eius partes. Secūda conclusio est ista anima christi non semper fuit cōformis volūtati diuinę quantū ad actus conditionatos: aut actus appetitꝰ sensitiui in volito. Jsta cōclusio patet. aīa christi ꝙ tales actꝰ nolebat mortē ⁊ tormēta: ⁊ de⁹ volebat. ergo aīa xp̄i ꝙ tales actꝰ nō erat cōformis volūtati diuinę in volito. Tertia cōclusio ꝯlibet volūtas aīę xp̄i siue naturalis siue libera siue potētię sensitiuę siue itellectiuę semp fuit cōformis volūtati diuinę in actu volēdi. Jsta cōclusio probat dīs de⁹ volebat aīaz xp̄i habere oēs illas volitiōes siue naturales siue liberas siue appetitus sensitiui siue appetitꝰ rōnalis: ergo aīa christi erat cōformis in actu volēdi quo ad suos actus volūtati diuinę.

Quarta cōclusio quelibet volūtas aīę christi siue large siue stricte fuit conformis volūtati diuinę: quātuz ad modū volendi probatur: ista cōclusio xp̄s oēs tales volūtates tam large ꝙ stricte volebat habere ex charitate: ⁊ ita vult dominus deus ergo quelibet voluntas aīę christi siue large siue stricte fuit cōformis voluntati diuinę quantum admodum volendi.

¶ Contra istas conclusiones arguitur sic seqretur ꝙ in christo nō fuisset rebellio: ꝓīs est falsuz igitur falsitas ꝓīis probatur appetitus sensitiuꝰ xp̄i refugiebat mortē ⁊ voluntas christi volebat mortez ergo fuit rebellio in christo. Ad hoc argumentū rīdetur concedēdo sequelaz ⁊ negādo minorem ⁊ ad probationem negatur ꝓīa. rō est: qz nō contrariātur ꝓpter duas causas. Prīa est tales appetitus erāt in diuersis potentijs. Altera causa est: quia nō tendebāt in idez obiectū. Nā appetitus tendebat in mortē tanꝯ discōuenientem naturę: ⁊ ideo ipsam refugiebat. Volūtas autez tendebat in mortē tanꝯ cōuenientem generi hūano. Tertia causa potest assignari etiā: ⁊ hec potissima: qz voluntas christi volebat appetituz refugere mortē. Cōtra istā solutionem argr̄ appetitꝰ sensitiuus xp̄i appetebat cibuz: vt habetur Matthei. 4. cap. quādo dixit ei tentator: dic vt lapides isti panes fiāt. Similr appetebat potum: qñ Joan. 19. dixit sitio ⁊ voluntas christi nolebat tūc comedere aut bibere ergo erat vna rebellio inter appetitū sensitiuū christi: ⁊ eius voluntatē: ꝓīa probatur in nobis nō ē alia rebellio: nisi ꝙ appetitus sensitiuꝰ aliquid appetit. Et voluntas sequēs rōnē illud refugit ergo pariformia in xp̄o similis repugnātia inter appetitū sensitiuū xp̄i ⁊ eius volūtatē dicetur rebellio. Ad hāc replicā rīdetur negando ꝓīam ⁊ ad ꝓbationē nego ꝙ illa sit totalis causa: sed cū hoc ē vna alia. s. ꝙ in nobis appetitus sensitiuus prę-uenit rōnem: sed in xp̄o rō prę-uenie bat appetitum sensitiuū ⁊ volebat appetitum sensitiuū talr appetere quare erat cōformitas in actu ⁊ nō rebellio. veluti inter dīm deum et Abrahā volētem occidere filiū suū ysac. vt dictum est in notabilibus.

¶ Scōo arguitur sic in christo fuerunt primi motus circa obiecta illicita: ergo fuit eodē modo rebellio sicut in nobis: aīs probatur potentia sensitiua xp̄i erat eiusdē speciei cum nostra ⁊ nō erat glorificata: ⁊ obiecta illicita sibi aplicabant in debita distātia: ⁊ in nostra potentia sensitiua insurgūt tales motus circa obiecta illicita: igitur i christo insurgebāt tales motus circa obiecta illicita: ꝓīa tenet: qz nō videtur maior rō de potētia nra sensitiua ꝯ de potētia sēsitiua xp̄i postꝯ tūc nō erat glificata vltia pars añ. Ꝓz authoritate apostoli ad romāos. 7. d. non enim qō volo bonū hoc facio: sed qō nolo malū hoc ago ⁊ ad galatas. 5. caro concupiscit aduersus spiritum: ⁊ spūs aduersus carnez. Pro huius argumenti solutione est notā

dum scōz diuū Tho. ⁊ alios doctores q̄ trifariā insurgit appetit⁹ sensitiuus in nobis ꝓmo mō: qz sensus appetit q̄nientia carni q̄ nō respicit rō: imo respuit. Scōo mō appetitus sensitiuus effrenate ⁊ immoderate tēdit in suū obiectū sine regimine rōnis. Tertio mō sensualitas tendens in suū obiectū motum rōnis in totuz impedit vel in parte. Jsto notato rn̄detur ad formā argumenti negādo añs ⁊ ad pbationē negatur ꝓña: ⁊ ad pbationē negatur q̄ non sit maioz ratio de vno ēē de alio: ⁊ dak a doctoꝛib⁹ triplex rō: prima rō est qz dn̄s deus nō cōcurrit: et sine ipo fctū est nil: scōa est qz aīa christi habebat habit⁹ impedientes ne tales motus insurgerēt Tertia est voluntas xp̄i erat mirabil'r atēta circa diuia cū intellectu: ⁊ teste philosopho nr̄o plurib⁹ intēt⁹ minoz est ad singula sensus: ⁊ ideo non insurgebāt tales motus in xp̄o circa obiecta illicita ⁊ hec ratio mihi magis placet: docet em̄ experiētia: attētus circa ea q̄ studet non insurgit in eo mot⁹ circa mulieres: pales dolozes nō insurgēt in eo mot⁹ circa obiecta illicita: ⁊ reuera nulla est cōparatio attētiōis ⁊ aduersiōis istoꝛum ad attentionē aīe xp̄i circa diuia: nimiꝝ ergo si nō insurgebāt in eo tales mot⁹ circa obiecta illicita.

¶ Queritur quarto circa eādē distin. an decuit xp̄m oꝛare. Pro h⁹ quēstionis declaratiōe est notādum q̄ oratio est quēdā explicatio propē volūtatis apud deū: vt eaz impleat Ulteri⁹ est p̄supponēdū vt dictuz est in prima. q. h⁹. dis. q̄ in xp̄o est alia volūtas a diuina voluntate. s. hūana volūtas. Jstis notatis rn̄det ad quēstionē per aliquas cōclusiones: quarū Prima est ista: non decuit christum oꝛare scōm volūtatez diuinā ista pclusio pbatur vana ē oro illius qui oia pōt: sed voluntas diuia xp̄i oia poterat: ergo vana fuisset eius oro si oꝛasset: sed non poterat esse vana ⁊ in casuz: ergo non oꝛauit scōm voluntatem diuinam. Scōa cōclusio est ista decuit christū oꝛare scōm voluntatē hūanam: ista cōclusio pbatur volūtas humana xp̄i multa volebat quę non poterat implere per semetipsaz: sed bn̄ per dn̄m deum: ergo cōueniens erat talia petere a dn̄o deo: ⁊ per ꝓña decuit xp̄m oꝛare scōm voluntatē humanā. Tertia conclusio est ista: xp̄s oꝛauit scōm voluntatē humanā conditionaliter: ista cōclusio pbatur authoꝛitate diui Matthei. 26. ⁊ luce 22. asserentiū q̄ christ⁹ oꝛauit dicēs pater si possibile est transeat a me calix iste. Quarta conclusio est ista christus scōm volūtatem hūanam oꝛauit per se absolute: ista cōclusio pbatur authoꝛitate Joānis. 12. cap. asserētis: q̄ saluato oꝛ dixit pater saluifica me ex hac hoꝛa ⁊ clarifica nomē tuū: ⁊ vēnit vox de celo a deo pfecto. ⁊ clarificaui ⁊ iterū clarificabo.

¶ Contra tertiā ⁊ vltimā conclusiones argr̄: sic xp̄s oia poterat: ergo superflua fuit oro eius: sed nulla oratio ei⁹ fuit superflua: ergo no oꝛauit. Ad hoc argumentū rn̄detur distinguēdo añs vel scōm hūanitatem: ⁊ sic negatur illud vl' scōm diuinitatem: ⁊ sic cōceditur illud. ⁊ negatur ꝓña rō est: qz non oꝛauit scōz diuinitatē: sed scōm hūanitatē. Cōtra istā solutionē argr̄ hūanitas xp̄i sciebat: ⁊ erat certa q̄ illa que petebat fierent. qz oia futura videbat in v̄bo diuino: ergo supflue oꝛabat secundū humanitatē: ꝓña tenet: qz nemo est qui roget deū vt crastina die oriatur sol nec q̄ postmodum diem sequat artificialiter noz. Ad hanc replicam rn̄detur negādo ꝓñam: ⁊ ad pbationē dico q̄ nos supflue oꝛaremus talia: qz sine n̄ra oratiōe illa fierent: sed nō ita est de hūanitate xp̄i nam q̄uis erat certa: q̄ fierent: erat tn̄ certa q̄ nō fierēt: nisi ipa oꝛaret: ideo nō supfluum: immo rōnabile erat ipam hūanitatem xp̄i oꝛare deuz p̄rem. Cōtra istā solutionē arguitur: teste Damasceno in. 3. sententiaꝝ oro est assensus intellectus in deū: sed intellectus aīe xp̄i nō indigebat tali assensiōe: ergo hūanitas xp̄i nullo mō oꝛauit. Ad hāc replicam rn̄detur negādo ꝓñam: ⁊ rō est qz ipsa nō oꝛauit: vt eleuaret intellectū suū in deum: sed vt nobis mereretur gratiam ⁊ gloriam.

¶ Scōo argr̄ sic si xp̄s oꝛasset scōm humanitatē: etiā oꝛasset scōz sensualitatē: ꝓñs est falsum: igitur falsitas ꝓñtis pbatur sensualitas non est capax cognitiōis diuinę: ergo xp̄s nō potuit oꝛare scōm sensualitatem: ꝓña tenet qz ad oꝛationem requirit eleuatio in deū: sed sensualitas non pōt eleuari in deum: ergo xp̄s nō potuit oꝛare scōm sensualitatez: ⁊ pbatur ꝓma sequela autho ritate psalmiste. d. coꝛ meum ⁊ caro mea exultauerūt in deum viuū: sed sensualitas ōz appetit⁹ carnis: igit sequela vera. Ad hoc argumentum rn̄detur negando sequelā: ⁊ ad pbationē dico: q̄ psalmista capit li exultare metaphoꝛice. p redūdātia glorię animę xp̄i in ipam carnē. Cōtra istā solutionē arguitur: ei⁹ est oꝛare cuius est desiderare q̄ pōt: sed xp̄s petijt Matthei. 26. cap. q̄ trāsiret calix ꝛc̄. ⁊ hoc desiderabat sensualitas: ergo sensualitas oꝛauit. Ad hoc rn̄detur negādo maioꝛez: ⁊ dicitur q̄ xp̄s in illa oꝛōne fuit aduocat⁹ sensualitatis ⁊ si dicas: ergo sensualitas significauit rōni vt aduocaret pro ipa: negatur ꝓña: nam sensualitas non est capax taliū: sed bene verū est: q̄ rō cognoscebat desideriū sensualitatis: ⁊ xp̄s solū fecit talem oꝛōnē vt ostēderet se assūpsisse verā humanitatez: ⁊ propter eādem causam oīdit tristitiā timoreꝝ: ⁊ sic de aljs sciebat. n. q̄ futuri p̄sisse coꝛp⁹ phātasticū vl' celeste: vl' carnē sicut apollinaris hereticus dicebat. Cōtra istā solutionē arguitur magis est vniri v̄bo diuino q̄ eleuari in deū: sensualitas est vnita v̄bo diuino: ḡ a fortiori fuit eleuata in deū. Ad hanc replicā rn̄detur negādo ꝓñam: ⁊ rō est qz tale minus nō includitur in illo maioꝛi magis enī est esse rōnis capacē q̄ volare: attn̄ bō est capax rōnis nequit tn̄ volare.

¶ Tertio arguitur sic cõtra vltimã cõclusionem teste diuo Cipriano in.q.2.de oratione: pacis z vnitati magister noluit sigillatiz z priuatim pces fieri: sed voluitq pces fierent pro oibus fidelibus xpianis z teste Luca in primo cap. actuum apostoloz cepit ihesus facere: z docere ergo christ⁹ nũq rogauit pro se: sed pro oibus xpianis. Ad hoc argumentũ rsidetur negãdo pmiam: z rõ est qz quãdo rogauit pro se Joã. 12. cap. non solũ rogauit pro se: sed pro illis q erant pntes vt crederent in eum z pro nobis etiã: illud.n. redũdabat ad salutẽ pntiũ z futuroz.

¶ Queritur quinto circa eãdẽ distin. an christ⁹ in qualibet sua oratione fuerit exauditus a deo patre Ad hãc difficul. rsidetur q duas conclusiões. quarũ Prima est ista: xps in qualibet sua oone procedente a volũtate libera z absoluta fuit exauditus a deo patre: ista cõclusio probatur authoritatibus z rationibus. Prima authoritas est salua Joã. 11. d. ego autem sciebã qm̃ semp audis me. Scõa authoritas est apostoli ad hebreos. 5. cap. d. de christo exaudit⁹ est pro sua reuerẽtia. Tertia est psalmiste. d. psalmo. 20. desideriũ cordis eius tribuisti ei. s. xpo z voluntate labioz̃ eius nõ fraudasti eum: qm̃ preueniisti eum in bndictionibus dulcedinis. Prima rõtalis est dignioz̃ exaudiri xps: q̃ aliquod mẽbrũ eius: sed qõlz mẽbrũ xpi si petit in noie eius exaudit iuxta illud Joã. 14. quicqd petieritis patrẽ i nõie meo dabit vobis. ergo a fortiori xps qui est caput in qualz sua oratione libere z absolute a deo patre exauditur. Scõa rõ talis est volũtas libera z absoluta xpi semp fuit pformis volũtati diuine beneplaciti: sed voluntas diuina bñplaciti semper adimpletur: ergo xps in qualibet oone sua emanãte a volũtate libera z absoluta fuit exaudit⁹. Scõa cõclusio est ista xps in oone pcedente a volũtate pditionata vel naturali nõ fuit exaudit⁹: ista cõclusio pbatur authoritate Regij prophete psalmo. 21. d. in psona christi deus meus clamabo per diem z non exaudies z nocte z non ad insipientiam mihi. Rõne probatur sic xps rogabat pditionaliter q nõ moreretur: z quo ad hoc non fuit exaudit⁹: igitur cõclusio vera: insup volũtas naturalis xpi refugiebat mortem: z nihilominus mortuus est: igitur conclusio vera.

¶ Cõtra primã conclusionẽ arguitur sic christus orauit absolute z libere vt peccatũ crucifixorib⁹ suis dimitteret: vt hẽtur. 22. cap. luce z de⁹ pater nõ pepit oib⁹ crucifixoribus christi: igitur xps nõ fuit exauditus in q̃libet oone absoluta z libera. Insup ioãnis. 17. cap. rogauit pro oib⁹ discipulis suis: z pro oib⁹ illis qui erãt crediturꝰ in eũ: sed nõ oẽs discipli eius fuerũt saluati: nec oẽs q credũt in eũ aut credẽt erunt saluati: ergo nõ fuit exaudit⁹ xps in qualz oone libera z absoluta. Ad ista duo argumẽta rsidet a doctoribus: q xps nõ rogauit pro oib⁹ simpliciter: sed solũ orauit pro illis: q erãt predestinati vt cõsequerẽtur vitam eternã per ipsum: z q hec rsio sit optima: patet qz expresse in casu allegato dicit saluator nr deo patri nõ rogo pro mũdo. i. pro homine mundano z sequẽte volũtates hui⁹ mũdi ex quo ẽbo clare patet q intẽtio christi solũ erat orare pro predestinatis ad vitã eternam: z non pro reprobis z notũ est q fuit exauditus pro predestinati.

Si xps meruit sibi z nobis z quid sibi z quid nobis.

Distinctio. XVIII.



E merito etiam xpi pretermittenduz nõ est. de quo quidam dicere solẽt q nõ sibi sed membris tm̃ meruerit. Meruit quidem membris redemptionẽ a diabolo/a peccato/a pena: z regni reserationẽ vt a mota ignea romphea libere pateret introitꝰ. sed z sibi meruit impassibilitatis z immortalitatis gliam: sicut ait aplus. Christus factus est pro nobis obediens vsq ad mortez mortem autez crucis. ppter qõ z deus exaltauit illum z dedit illi nomen qõ est super omne nomen. Aperte dicit aplus xpm propterea exaltatuz per impassibilitatis gloriam: qz est humilias q passionis obedientiã. Humilitas ergo passionis meritum fuit exaltationis: z exaltatio premium humilitatis. Unde Augus. exponens premissum capitulũ ait. Ut xps resurrectiõe clarificaretur: prius humiliatus est passione humilitas claritatis est meritum. claritas hũilitatis est premium. Sed hoc totuz factũ est in forma serui. In forma eñ dei semp fuit z erit claritas. Idẽ Ambro. idem capitulũ tractãs ait. Quid z quantuz humilitas mereatur hic ostẽditur. His testimonijs euidens fit. q xps q humilitatez z obedientiã passionis meruit clarificationẽ corporis: nec id solum: sed etiã impassibilitatẽ aie. Anima eñ ipsius ante mortem erat passibil⁹: sicut caro mortal⁹. sz post mortẽ meritto hũilitatis z aia impassibil⁹ facta est z caro imortalis. Utrum autẽ aia sit facta impassibilis qñ caro facta est imortalis. s. ipo resurrectionis momento de auctoritate nobis certum nõ est. Sed vel mor post carnis separationẽ anima impassibilitate donata ẽ: aut in resurrectione quando caro refloruit.

Qđ a cõspectu meruit sibi Christ⁹ hoc qđ p passionẽ.

¶ Nec solum hoc meruit christus qñ patri obediẽs crucẽ subijt: sed etiã ab ipsa cõceptione ex quo homo factus est per caritatem ⁊ iusticiam ⁊ alias v̄tutes: inquarũ plenitudine fuit secũdũ hoiem conditus: sibi tantũ meruit quantũ post p martyrij tolerantiam. Tanta eñ plenitudo spũalium carismatum in eo fuit q̄ in eis proficere non potuit: ⁊ ideo melior ipius aia fieri nõ potuit. q̄ ab initio sue conditionis extitit: qz proficere in meritis nõ valuit. Ut eñ Grego. ait. Nõ habuit oñino xp̃s iurta anime meritum quo potuisset ꝓficere. Immẽbris aũt q̄ nos sum⁹ quotidie proficit. Non ergo pl⁹ meruit sibi per crucis patibulu q̄ a conceptione meruit p gratiam v̄tutum. Nõ ergo profecit secũdum aie meritum quantũ ad v̄tutem meriti. ꝓfecit tñ quantum ad numerũ meritoꝝ. Plura eñ habuit merita in passione q̄ in cõceptione: sed maioris v̄tutis non extiterunt in merẽdo plura q̄ ante fuerant paucioza. Meruit ergo a cõceptione non modo gl̃iam impassibilitatis ⁊ imortalitatis corporis: sed etiaz impassibilem aie. Per qđ: Per obedientiã ⁊ volũtatem perfectam quã nõ tunc primo habuit nec maiorẽ cũ pati cepit ⁊ mori. Obediens eñ pfecte ⁊ bon⁹ extitit scdz hominẽ ex quo fuit hõ Habuit ergo aia illa aliqđ bonũ in se post mortem qđ nõ habuit ante. Non ergo beatior vel melior fuit q̄ añ. Absit q̄ melior fuerit: qz non sanctior: nec gratia cumulatior. Nec etiam beatior fuit in dei cõtemplatione in quo p cipue beatitudo cõsistit. Potest tamen dici in hoc beatior fuisse: quia ab omni miseria immunis. Ex quo nequiuit inferri simpliciter q̄ beatior fuerit.

De eo quod scriptũ est donauit illi nomẽ qđ est super omne nomen.

¶ Nec tantum gloriã impassibilitatis ⁊ imortalitatis meruit: sz etiam donari sibi nomẽ quod est super omne nomẽ. s. honorificentiam. qđ vocatur de⁹. hoc tamen ante mortez habuit. Habuit eñ hoc nomẽ dei filius inquantum deus est ab eterno per naturam: in quantum homo factus est habuit ex tẽpore p gratiam. Verũtamen Augus. dicit

homini donatum esse illũ nomẽ nõ deo: qz illud nomẽ habuit cũ in forma dei tantũ erat. Sed cũ dicitur ꝓpter quod illum exaltauit: ⁊ donauit illi nomen qđ est super omne nomẽ. satis apparet ꝓpter quid exaltauerit. i. propt obedientiam ⁊ in qua forma exaltat⁹ sit. In qua eñ forma crucifixus est: in ea exaltatus est: in ea donatum est ei nomẽ: vt cum ipsa forma serui nominet vnigenitus filius dei. hoc illi donatuz est homini: qđ iam habeat idem ipse deus. Hoc ergo p gratiam accepit: vt ipse ens hõ vt subsistens in forma ꝑui. i. in anima et carne nominet. ⁊ sit deus. Sed nunqđ hoc meruit. supza eñ dictũ ẽ. qz hoc tñ bonũ hõ ille nõ meruit. quomõ ergo hic dicitur ꝓpter obedientiaz donatũ est ei hoc nomen. Scõm tropum illũ in scriptura creberrimũ hoc capiendũ est. quo dicitur res fieri q̄ndo innotescit. Post resurrectionem v̄o quod ante erat in euidẽti positũ est vt scirent homines ⁊ demones. Manifestationẽ ergo illius nomis donauit ei de⁹ post resurrectionẽ: sed illam meruit p obedientiã passionis. q̄ eo qđ obediuit patiendo: exaltatus est resurgẽdo. ⁊ p hoc manifestuz est nomen. Hoc eodem tropo vsus est etiã post resurrectionẽ dicẽs. Data est mihi omis potestaz in celo ⁊ in terra. nõ q̄ tunc primo acceperit. sed quã ante habebat. tunc manifestata ẽ potestas. Le tex Ambrosius dicit nomen illud donatũ esse đo non homini. ⁊ videtur secus verborũ supficiem appositus Augus. Sed intelligentia nõ obuiat. licet diuersum sapiat. Nam Ambrosi⁹ de naturali donatione id dictum intelligit. qua eternaliter pater generando đdit filio nomen quod est super omne nomẽ. s. esse deuz p naturam. quia genuit ab eterno filiũ plenum ⁊ sibi equalem đum. Quod tamẽ nomen apostolus ꝓpter passionis obedientiam christo donatũ dicit. Sed premisso locutionis modo accipiendum est.

Si Christus sine omni merito illa habere potuit.

¶ Si vero querit. Utrũ Christus illam imortalitatis ⁊ impassibilitatis gloriã ⁊ nois dei manifestationem sine omni merito habere potuerit. Sane dici põt qz humanam naturam ita gl̃iose suscipere potuit. sicut in resurrectione extitit. nomenq̄ suuz ⁊

aliter hominib⁹ manifestare po tuit. Sed homo passibilis eē nō potuit sicut fuit. ⁊ ad illam glori am sine merito puenire. Potuit quidem peruenire ad illam sine merito passionis: qz potuit con sumpta mortalitate immortali tatis glia vestiri: sed nō sine me rito iustitie ⁊ charitatis aliarūq; virtutū. Non eñ Christus ho mo esse potuit: in quo plenitu do virtutū ⁊ gratie nō fuit. Nec virtutes ei inesse potuerunt cili cio mortalitatis induto quin p eas mereretur. Habēs ergo has virtutes scōm hoiem passibilem ac mortalem nō potuit nō mere ri gloriā immortalitatis. Nō er go potuit fact⁹ mortalis sine me rito gloriā impassibilitatis ⁊ im mortalitatis ac manifestationez dei nominis cōsequi. Potuit tñ hoc assequi sine merito passionis quia p passionem nil sibi meruit. qō non añ p vtutes meruerit.

De causa mortis et passionis Christi.

¶ Ad quid ergo voluit pati et mori si ei virtutes ad merenduz ille sufficiebant? Pro te: nō pro se. Quomō pro me? Ut ipsius passio ⁊ mors tibi esset forma ⁊ causa. Forma virtutis ⁊ humilitatis. causa glorie et libertatis. Forma deo vsqz ad mortem obediendi: ⁊ causa tue liberatiōis ac beatitudinis. Meruit eñ nobis per mortis ac passionis tolerantiam. qō per precedentia vō meruerat. s. aditum paradisi. ⁊ redēptionē a pctō: a pena: a diabolo si p mortem eius hic non adepti sumus scz redemptionē ⁊ filiorū glorie adoptionem. Ipse eñ moriendo factus est hostia nostre liberatiōis. Sed quomō p mortem nos a diabolo ⁊ a pctō redemit: ⁊ aditum glie aperuit? Decreuerat deus in ministerio vt ait Ambro. ppter primū peccatū non intromitti hoiem i paradisum. i. est ad dei contemplationē non admitti: nisi i vno homine tanta existeret humilitas q̄ omnibus suis pficere posset si cut in p̄mo homine tāta fuit superbia que omnib⁹ suis nocuit. Non est aūt inuētus inter homines aliquis quo id posset implere. nisi Leo ō tribu iuda qui aperuit librum: ⁊ soluit signacula. i. plēdo inse omnē iustitiam. i. cōsummatissimā humilitatem qua maior esse nō potest. Hā alij homines debitores erant ⁊ vir vnicuiq; sui virtus sufficiebat ⁊ humilitas. Nullus ergo eoz hostiam poterat offerre sufficientē reconciliatione nostre. Sed christus homo sufficiens ⁊ pfecta fuit hostia. qui multo amplius est humiliatus amaritudinē mortis gustando q̄ ille Adaz superbijt per esum ligni vetiti noxia delectatione pfruendo. Si ergo illi⁹ supbia oīm extitit ruina. ip̄m de paradiso mittens foras. alijsq; accludens ianuā. multomagis christi humilitas quam p mortē gustauit. ingressuz regni celesti omnibus suis impleto dei decreto apire valuit atq; decreti ōlere cyrographum. Ut eñ ait Ambrosius. Tantū fuit peccatū nostrū vt saluari non possemus nisi vnigenitus dei filius p nobis moreret debitoribus mortis. sed sic dignos nos fecit testamenti ⁊ p misse hereditatis. Qō nō ita est intelligendū. quasi non alio mō saluare nos potuerit. q̄ p mortē suam: sz qz p aliam hostiā non potuit nobis aperiri regni aditus ⁊ fieri salus: nisi p mortē vnigeniti. cuius tāta fuit vt dictuz est humilitas ⁊ patientia: vt ei⁹ merito pateret credentibus in eum aditus regni. Magna ergo i morte vnigeniti prestita sunt nobis vt liceat nobis redire in patriaz. sicut olim in morte summi pontificis: his qui ad ciuitatez refugij confugerant secure ad ppria remeare. Ecce aliquaten⁹ ostensuz est: qualiter p christi mortē aditus regni sit nobis paratus.



Ica decimaz octauā distī. queritur primo. vtrū aīa xpi in primo instāti sui eē meruit suam beatitudinē. Pro hui⁹ q̄stionis intelligāt est primo notitiaz q magister est cōtrouersia inter doctores: an volūtas possit elicere actum suū in instanti: sed nunc nō est pūtis speculationis: sed supponēdū est opinio cōis. s. sancti Bonauenturi: diui Thome: doctores sup. Guillelmi occhā: ⁊ Gregorij de ari. videlicet q volūtas potest elicere actuū suū in instanti. Scōo est notādū q xp̄s fuit cōprehēsor ⁊ viator: quoad aīam fuit p̄prehensor. Hā in primo instanti vidit clare ⁊ intuitiue essentiā diuinā: fuit eē viator quoad corpus. Hā corpus eius non fuit glorificatū resurrectionē. Tertio est notandū q meritū sic debet diffiniri: meritū est operatio accepta ad vitā eternā: ex ista diffinitione. Sequit q nulla omissio est meritoria: nō est qz nulla talis ē operatio accepta ad vitā ēternā. Scōo sequit q ad meritum non requiritur: sicut aliq dicūt q xp̄s operatio sit elicita ex gratia. Hā si bonus xpianus in isto instāti p̄senti eliciat cōtritionē pctō p̄ suo

rũ talis contritio est meritoria: ꝛ tñ nõ est operatio elicita ex gra. Quarto est notandũ q duplex est opinio rñsiũ ad questionẽ prima est aliquorum moderozum tenentium partez affirmatiuam. Contra qũam opinionẽ arguitur sic: si aia xpi meruit suã bitudinẽ vl meruit eã mediãte actu bitifico vl mediãte actu nõ beatifico: nullũ istoꝝ potest dari. igitur non meruit suã beatudinẽ: q nõ potest dari primũ ptz: qz sequeretur q idẽ eẽt premiũ ꝛ meritũ: ꝓũs implicat: igitur sequela probatur talis actus beatificus est premiũ: ꝛ est meritum. igitur sequela vera. Iã probatur q nõ possit dari scõm nã talis actus non erit dilectio dei sup oĩa: igitur non erit meritorius tante beatitudinis: añs probatur non est actꝰ beatificus: ergo non est dilectio dei super oĩa. ℙro huiꝰ argumẽti solutione est aduertẽdũ q oẽs doctores catolici conueniunt in hoc. s. q ania habuit vnã notitiã intuitiuã: quẽ pncipaliter solũ repzesentabat essẽtiã diuinã ꝛ vnã fruitionẽ: qua solũ dilegebat essentiã diuinã sup oĩa: ꝛ vl inferiozi: quẽ etiã dicitur portio superiozi large. istũ actũ. scz volo pati mortẽ pro redẽptione gñis humani dei super oĩa: ꝛ non est actus beatificus. Isto notato facile est rsidere ad formã argumenti negãdo minozez ꝛ ad pbationẽ nego q non possit dari scõm: ꝛ ad pbationẽ nego q ille actus non sit dilectio dei super oĩa: ꝛ ad pbationẽ negatur pñia: non esñ inconuenit q idẽ actꝰ sit dilectio creaturẽ ꝛ dilectio dei: qñ talis creatura vnico actu diligitur propter deũ: immo semper qñ diligitur vnico actu creatura: propter deũ semp talis actus est dilectio creaturẽ ꝛ dilectio dei super oĩa. Cõtra istã solutionẽ arguitur merituꝫ debet pzcedere pzemiũ: sed in primo instanti aĩa xpi habuit pzemiũ: ergo aĩa xpi non meruit suã beatitudinẽ. Ad hãc replicã facile rñdetur distinguendo maiozẽ vl tpe ꝛ sic negatur illa. Nã qñ peccatoz elicit contritionez suoꝝ peccatoꝝ gratia datur tanq̃ pmiũ ꝛ non est posterioz ipso merito tpe vl pcedẽdo natura: ꝛ sic conceditur illa ꝛ negatur ppa. Cõtra istã opinionẽ nullũ aliud argumentũ solet fieri ꝛ istud non concludit: sed facile est solutũ: ꝛ resolutio pñsitit q aĩa xpi mediante illo actu q̃ volebat pati mortem pro redẽptione gñis hũani propter deũ merebatur suã bitudinez: ꝛ talis actus non est beatificꝰ vt notum est.

¶ Nihilominꝰ cõis opinio oĩz doctoꝝ antiquoꝝ est: q xps nõ meruit suã bitudinẽ: sz gratis ipsaz habuit: ꝛ contra istã opinionẽ solũ est vnũ parũ argumẽtũ. s. q xpo attribuendũ est illud qõ glorioſius ꝛ nobilius est: sed glorioſius ꝛ nobilius est habere beatitudinẽ ex meritis q̃ sine meritis: ergo xps meruit suam beatitudinẽ. Ad hoc argumentum respondet diuus Thomꝫ negando minozẽ: ꝛ dicit q glorioſius fuit xpo habere beatitudinẽ aĩe sine meritis q̃ ex meritis: ratio eiꝰ est qz habuit eam quodãmodo a natura: ideo qz habuit illã in primo instãti sue creationis: ideo videt esse cõsakalis ei: ꝛ hoc est nobilius ꝛ glorioſius. Aliter tñ rsidetur doctor subtilis. q maioꝝ itelligitur qñ talis beatitudo cadit sub merito: modo beatitudo aĩe xpi fuit adeo excellens ꝛ triũphans q non cadebat sub merito: ideo aĩa xpi nec meruit neq̃ potuit mereri illam. Circa istã questionẽ dubitatur vtrũ actus beatificus sit meritoriꝰ. Ad hoc dubiũ rñdetur: q dñs deus bene potest acceptare actũ beatificum ad vitã ẽternã: immo etiã actꝰ indifferentes potest acceptare ad vitã ẽternã: nihilominus eos non acceptat. Nã alias quilibet beatus cõtinuo mereretur ꝛ expñti infinitã gloriam: quilibet beatꝰ meretur quod est oĩno absurdũ: nec concedẽdũ est de actu beatifico aĩe xpi q sit meritorius vitẽ ẽternẽ. Nã per nullũ talem actũ aĩa xpi merebatur ꝛ mirãdum est quõ hoc concedatur ab aliq̃bus doctoꝝ. viso q oẽs doctores ponunt actus aĩe xpi eo mõ quo positi sunt in solutione argumenti. nã notũ est q actus per quos merebat aĩa xpi non erant beatifici: neq̃ pertiõis superiozis propzie siue stricte: sed portionis inferiozis aut superioris large.

¶ Quꝛitur scõo circa eandem distin. Utrũ aĩa xpi in primo instanti sue creationis sui corporis glorificationẽ ꝛ celi apertionem meruerit. Ad hanc quẽstionẽ rñdetur q duas conclusiones quarũ ꝓma est ista. Aĩa xpi a primo instanti suẽ creationis sui corporis meruit glorificationem. Ista conclusio patet auctoritate apli ad ℙhilip. 2. capi. dicentis. Exinaniuit semetipsum formã serui accipiens: ꝛ hũiliauit semetipsũ factꝰ obediẽs vsq̃ ad mortẽ mortez aũt crucis ꝓpter qõ ꝛ deꝰ exaltauit illũ: ꝛ donauit illi nomen qõ est sup omne nomen. Nã talis exaltatio secũdũ magrm ꝛ ẽteros doctores catholicos est resurrectio ad glriaz corpozis. Scõa conclusio est ista aĩma xpi in primo instanti sue creationis celi meruit apertionẽ. Ista cõclusio patet autozitate Aurelij August. super epistolã ad ℍebreos dicentẽ p aliã hostiã non potuit nobis aperiri aditus regni celoꝝ ꝛ fieri salus nisi per mortẽ vnigeniti.

¶ Contra primã conclusionez arguitur sic illud qõ naturaliter sequitur ad aliud exñs sine merito nõ cadit sub merito: sz glozia corpozis xpi naturaliter seqtur ad gloriã aĩe: ꝛ gloria aĩe xpi non cadit sub merito: ergo neq̃ gloria corpozis xpi quẽ naturaliter sequitur ad gloriã aĩmẽ naturalit cadit sub merito. Ad hoc argumentũ respondet doctor subtilis. q gloria aĩe xpi ẽ adeo excellẽs: q non cadit sub merito: sed bñ glia corpozis cadit sub merito: ꝛ xps meruit obstaculũ amoueri: sed reuera melius rñdetur diuꝰ Thomas. s. q gloria corpozis nõ sequitur naturaliter ad gloriã aĩe: sz exordinatiõe diuina: ꝛ dñs deus ordinat q gloria aĩe xpi non redundaret in corpꝰ xpi vt posset genus hũanuꝫ redimere: ideo glia corpozis xpi cadebat sub merito.

¶ Scđo argf contra scđam cō clusionē si xp̄s meruit apertionē paradisi vl meruit apertionez paradisi terrestris vl cœlestis nullū istox est dicendū: igitur ꝓclusio fla: q nō posit dari primū dupliciter probatur: qz helias ⁊ enoc intrauerunt paradisum terrestre ante natiuitatē xp̄i Scđo qz nos non possimus intrare q non possit dari scđm patet: celum nunq̄ fuit clausum: ergo nō meruit apertionē cœli. Ad hoc argumentū rn̄detur negando mi: ⁊ datur secundū: ⁊ ad probationē negat añs: immodico q claudebatur qñ claudebatur paradis⁹ terrestris: rō est: qz si primus parens nō peccasset celū erat ei apertum: ita q post longam vitam i paradiso terrestri sine morte translatū fuisset ad celū ad gl̄az celestez: sed post pctm celum fuit ei clausuz quāuis obisset in gratia gratum faciente.

¶ Tertio arguitur sic: si Christus meruit apertionez regni celox vl meruit merito actionū vl merito pānū nullū istox est dicēdum: ergo non meruit apertionē regni cœlox q nō possit dari primū probatur sequeretur q xp̄s crucifixus fuisset xp̄s: ꝓñs est absurdum: igitur sequela probatur merebatur xp̄s per actionē: ergo superfluū erat ipsum pati. Jam probatur q non possit dari scđm: sequeretur q xp̄s pfessisset in merito: ꝓñs est hereticū: igitur sequela probatur per passionē merebatur: ⁊ ante passionem nō meruerat: ergo profecisset immerito. Ad hoc argumentum rn̄detur negādo minorē: ⁊ do primū membruz: ⁊ ad improbationē negatur sequela: ⁊ ad probationē negatur ꝓña: ⁊ rō est: qz talis passio erat imperata ab actione xp̄i: qua volebat pati mortē p redemptione gn̄is hūani propk deū.

¶ Quarto arguitur sic vl iustū erat regnū celox aperiri vl iniustuz nullū istox est dandū: ergo xp̄s non meruit apertionē regni celox: q nō posit dari primū probatur bene sequitur iustū erat aperiri regnū cœlox: ergo non opus erat q xp̄s illō mereretur: q non possit dari scđm: patet sequeretur q xp̄s mereret rez iniustā: ꝓñs est falsum: igitur sequela probatur meruit apertionē regni celox: ⁊ hoc est iniustū: ergo meruit rem iniustā. Ad hoc argumentū respondetur negando mi. ⁊ dico q iustum erat cœlū aperiri facta satisfactione: quę debebat fieri per xp̄m: si non erat iustū cœlū aperiri ante talem satisfactionē: ⁊ nego q xp̄s meruit rem iniustā: sed bene meruit qō illō: qō erat iniustū ante satisfactionez fieret iustum post satisfactionē. Cōtra istā solutionē arguitur iustuz erat ante incarnationē xp̄i cœlū aperiri: ⁊ ante passionem. ergo iustum erat cœlū aperiri ante satisfactionē añs probatur charitas meretur gloriaz de cōdigno: ⁊ exp̄ñti apertionē regni celox: sed Abrahā habuit magnā caritatē: qñ voluit immolare filium suū vnigenitū ex Sarra: ergo charitas Abrahę merebatur tūc gloriaz de condigno ⁊ exp̄ñti apertionē regni celox ante satisfactionem. Ad hanc replicā rn̄detur negando añs:

⁊ ad probationē distingō q caritas meretur gloriā de condigno vl nō includēdo meritū passiōis xp̄i: ⁊ sic negatur illa maiox vl includēdo meritū passiōis xp̄i: ⁊ sic conceditur illa: ⁊ dico q oēs qui meruerunt ante incarnationē xp̄i meruerūt in fide ⁊ merito passiōis xp̄i exhibēde: ⁊ ideo non debuerunt habere gloriam nisi prius: passio xp̄i exhiberet. Contra istā solutionē arguitur: fides xp̄i ante aduentū: ita introducebat hoīes a culpe statu ad gr̄ę statū sicut post passionē xp̄i: g̃ pari rōne sicut mō fides introducit homīes a gr̄e statu ad gl̄ię statū ita introducebat añs aduētū xp̄i a gr̄e statu ad glorie statum. Ad hanc replicā rn̄detur negando ꝓñaz ⁊ rō est: qz requirebatur exhibitio passionis xp̄i ad collationez glorie non añ requirebatur ad collationē gr̄ę.

Hic qualiter a diabolo ⁊ a peccato nos redemit p mortem. Distinctio. XIX.



Unc ergo queram⁹. quomodo p mortem ipsius a diabolo ⁊ peccato ⁊ a pena redēpti sum⁹. A diabolo ergo ⁊ a peccato per christi mortem liberati sum⁹. qz vt ait apostolus. In sanguine ipsius iustificati sumus. ⁊ in eo q sumus iustificati. id est a peccatis soluti. a diabolo sumus liberati. qui nos vinculis peccatorū tenebat. Sed quō a peccatis p eius mortez soluti sumus? Quia p eius mortē (vt ait ap̄ls) cōmendatur nobis charitas ds. i. apparet eximia et cōmendabil charitas dei erga nos i hoc q filiū suū tradidit in mortē p nobis peccatoribus. Exhibita añt tante erga nos dilectiōis arra. ⁊ nos mouemur accendimurq̄ ad diligendū deū q̄ p nobis tantū fecit ⁊ p hoc iustificamur. i. soluti a peccat⁹ iusti efficimur. Mors ergo christi nos iustificat. dum p eā charitas excitat in cordib⁹ nostris. Dicimur quoq̄ ⁊ aliter p mortem christi iustificari. qz p fidem mortis eius a pctis mundamur. Vñ ap̄ls. Justicia dei ē p fidem Jesu xp̄i. Et itē. Quez deus proposuit ꝓpiatorē p fidem in sanguie ipsius. id est p fidē passionis. vt olim aspicientes in serpentē eneuz in ligno erectū a morsibus serpentum sanabāt. Si ergo recte fidei intuitu illuz respicimus qui pro nobis pepēdit in ligno. a vinculo diaboli soluimur. id est a peccat⁹: ⁊ ita a diabolo liberemur vt nec post hāc vitam in nobis inueniat qō puniat. Morte quippe sua vno ve

rissimo sacrificio quicquid culpa rũ erat vndenos diabolus ad lu enda supplicia detinebat. Chri stus extraxit. vt in hac vita tem ptando nobis nõ preualeat. Li cet eñ nos temptet post christi mortem. quibus modis ante tẽ ptabat. non tamẽ vincere potest sicut añ vincebat. Nam Petr⁹: qui ante Christi mortẽ voce an cille territus negauit. post mor tem añt reges ꝛ presides ductus non cessit. Quare? quia fortior. id est christus veniens in domũ fortis. id est in corda nostra vbi diabolus habitabat. alligauit for tem. id est a seductiõe compescu it fideliũ. vt temptationez que ei adhuc pmittitur nõ sequaꝫ seductio. Jta i xpi sanguine q̃ soluit q̃ nõ rapuit. redẽpti sum⁹ a pctõ: ꝛ p hoc a diabolo. Nã vt ait Au gust. i ipo vincunt inimice nobis inuisibiles põtates vbi vincunt in uisibiles cupiditates. Fuso eñ sãguie sine culpa oim culpaꝝ cy rographa delecta sunt q̃bus de bitores qui in eum credũt a dia bolo ante tenebãtur. Vnde qui pro multis effundetur. Per il lum ergo redempti sum⁹. in quo p̃nceps mũdi nihil inuenit. Vñ August. causam ꝛ modu⁹ nostre redẽptionis insinuãs ait. Nihil inuenit diabolus in xpo vt mo reret. sed p voluntate patris mo ri xps voluit. non habens mor tis causam de peccato: sed ō obe dientia ꝛ iusticia mortẽ gustauit. p quam nos redemit a seruitute diaboli. Jncideramus eñ in p̃n cipez hui⁹ seculi. q̃ seduxit Adã ꝛ suum fecit: cepitq̃ nos quasi vnaculos possidere: sed venit re demptor: ꝛ victus est deceptor. ꝛ q̃d fecit redemptor captiuato ri nostro? Tetẽdit ei muscipulã crucem suã. posuit ibi q̃si escaz in sanguinem suũ. Jlle aũt sangui nem fudit non debitoris p q̃ re cessit a debitoribus. Jlle quippe ad hoc sanguinẽ suum fudit. vt peccata nostra deleret. Vnde er go nos diabolus tenebat. dele tũ est sanguine redemptor⁹. Nõ eñ tenebat nos: nisi vinculꝫ pec catorũ nostrorũ. iste erant cathe ne captiuorũ. Venit ille alliga uit sortẽ vinculꝫ passionis sue. in trauit in domuz eius. i. in corda eorum vbi ipe habitabat. ꝛ vasa eius. s. nos eripuit. que ille iple uerat amaritudine sua. Be⁹ aũt nr̃ vasa eius eripiens ꝛ sua faci ens: fudit amaritudinẽ: ꝛ imple uit dulcedine p mortem suam a peccatis redimens et adoptio nem glorie filiorum largiens.

Cur deus homo ꝛ mortu⁹.

¶ Factus ẽ ergo homo mortaꝫ. vt moriendo diabolu⁹ vinceret. Nisi eñ homo esset q̃ diabolum vinceret: nõ iuste sed violent ho mo ei tolli videretur: q̃ se illi spõ te subiecit. Sed si eum hõ vicit. iure manifesto hominem pdit. ꝛ vt hõ vincat necesse est vt deus in eo sit q̃ eum a peccatis immu nem faciat. Si eñ p se hõ esset. vel angelus in homine: facile pec caret. cũ vtranq̃ naturam per se cõstet cecidisse. Jdeo dei filiꝰ ho minem passibilẽ sumpsit. in quo ꝛ mortẽ gustauit. quo celũ nob⁹ aperuit ꝛ a seruitute diaboli. i. a peccato (seruus eniz diaboli pec catum est) ꝛ a pena redemit.

Quõ ꝛ a qua pena christus nos redemit per mortem.

¶ A qua pena tẽporali ꝛ eter na. Ab eterna q̃dem relaxando debitũ. A tẽporali vo penitus nos liberabit i futuro q̃n nouissi ma mors inimica destruet. Ad huc eñ expectamus redemptio nẽ corporis: scõm̃ aias vero iaz redempti sumus ex parte: nõ ex toto. a culpa: nõ a pena. Nec oĩ no a culpa. Non eñ ab ea sic re demptꝰ sumus vt non sit: sed vt non dominetur.

Quõ penã nr̃az portauit.

¶ Pctã quoq̃ nr̃a. i. penã pec catorum nostrorum dicit in cor pesuo sup lignũ portasse: q̃p ip sius penam quam in cruce tulit. Omnis pena tẽporalis que p peccato cõuersis debet in baptis mo penit⁹ relaxatur vt nulla a baptizato exigat: ꝛ in penitencia minoraꝫ. Non eñ sufficeret illa pena. qua penitentes ligat ecc̃ia nisi pena christi cooperaretur q̃ pro nobis soluit. Vnde pctã iu storum qui fuerunt ante aduen tũ in sustentatiõe dei fuisse vsq̃ ad christi mortem dicit ap̃s ad ostentionem iustitie eius in hoc tẽpore. Ecce aperte expositũ est quomodo ꝛ quid Christus per mortẽ nobis meruit ꝛ ipetrauit

Si solus christus debet dici redẽptor vt solus dicit̃ me diator.

¶ Vnde ipe vere dicitur redẽp tor mũdi: ꝛ dei hoiumq̃ media tor. Sed mediator in scriptura dicitur solus filius. Redemptor vero aliquando etiam pater vel spiritussanctus. Sed hoc prop ter vsum potestatis nõ propter exhibitionem humilitatis ꝛ obe dientie. Nam scõm potestatis simulꝫ ꝛ obedientie vsum filiꝰ p

prie dicitur redemptor qz inse expleuit per q̄ iustificati sumus. & ipam iustificationem est operatus potentia deitatis cū patre & spū sancto. Est ergo redemptor inquantū est deus potestat⁹ vsu inquantum bō humilitatis effectu. Etsep⁹ dicitur redēptor secūdum humanitatem: qz scōm eam & in ea suscepit & impleuit illa sacramēta q̄ sunt causa nr̄e redemptionis: proprie ergo filius dicitur redemptor.

De mediatore.

¶ Qui solus dicitur mediator: non pater vel spiritussctūs. Dc quo aplūs. Vnus mediator dei & hoīm homo christus Jesus. i. est ad componendam pacē. i. reconciliandū hoīes deo. Hic est arbiter quē Job desiderat. Vtinam esset nobis arbiter. Reconciliati em̄ sumus deo vt ait apostolus per mortē christi. Quod non sic intelligendum est: quasi nos ei sic reconciliauerit christ⁹: vt inciperet amare quos oderat sicut reconciliat inimicus inimico: vt deinde sint amici qui ante se oderāt: sed iam nos diligenti deo reconsiliati sumus. Nō em̄ ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem filij nos cepit diligere: sed ante mūdum prius⁹ nos aliquid essemus. Quomodo ergo nos diligenti deo sumus reconsiliati? Propter peccatū quz eo habeam⁹ inimicitias: quibabebat erga nos charitatem: etiā cum inimicitias exercebam⁹ aduersus eū operando iniquitatez Jta ergo inimici eramus deo sicut iustitie sunt inimica peccata & ideo remissis peccatis. tales inimicitie finiunt & reconciliantur iustuz quos ipe iustificat. Christus autem dicit mediator eo q̄ medius inter deū & hoīes ipsos recōciliat deo. Reconciliat autē dū offendicula hominū tollit ab oculis dei. i. dum peccata delet. quibus de⁹ offendebatur & nos inimici eius eramus. Sed cum peccata deleat non solus filius: sed pater & spūssanctus quoruz deletio est nostra ad deum recōciliatio quare solus filius dicitur mediator? Nam de patre legit̄ q̄ reconciliauerit sibi mūdum. Ait em̄ aplūs. Deus em̄ erat in Christo mundum sibi reconcilians. Cum ergo recōciliet. Quare nō dicitur mediator? Qz nec medius est inter deum & hoīes: nec in se habuit illa sacramenta quorū fide & imitatione iustificamur. i. recōciliamur deo. Recōciliauit ergo nos tota trinitas vtutus scz dū pctā delet. sz filius solus ipletō ne obediētie in quo patrata sūt scōz hūanā naturā: ea q̄ q̄ credētes et imitātes iustificantur.

Secūdum quam naturam sit mediator.

¶ Unde & mediator dicit scōm humanitatē non ām diuinitatez Non em̄ est mediator int deū & deū. qz tm̄ vn⁹ ē de⁹. sz iter deuz & hoīez quasi inter duo extrema qz medius esse non potest nisi inter aliqua. mediator est ergo in quantum homo. Nam in quantum deus non mediator. sz equalis patri est. Hoc idez qō pater. cum patre vnus deus. Mediat ergo inter homines & deū trinitatē: ām hominis naturā in qua suscepit illa p̄ que reconciliamur deo trinitati et ām eandem habet aliquid simile deo. et aliquid simile hominibus. qō mediatori congruebat. ne per omnia similis hominibus longe esset a deo aut per omnia deo similis longe esse ab hominibus. & ita mediator non esset. Verus ergo mediator christus inter mortales peccatores et immortalem iustum apparuit mortalis cum hominibus. iustus cū deo. p̄ infirmitatem propinquans nobis per iustitiam deo. Recte ergo mediator dictus est: qz inter deum immortalem. & hoīem mortalē est deus & homo. recōcilians hoīez deo. Intantum mediator iquātum est homo. Inquantum autem verbū nō est medius qz vn⁹ cū patre de⁹. Si ergo xp̄s scōm vos o heretici vnam tantuz habet naturam vnde medius erit. Nisi ita sit medius vt deus sit ām diuinitatis naturam. & homo propter humanitatis naturam. Quomodo humana in eo reconciliatur diuinis? Nam ip se viuens prius in se humana sociauit diuinis per vtriusq̄ naturе coniunctionem in vna persona. Deinde omnes fideles p̄ mortem reconciliauit deo dum sanati sunt ab impietate quicunq̄ humilitatem Christi credendo dilexerūt & diligendo imitati sunt. Ecce hic aliquatenus insinuatur quare Christus solus mediator dei dicitur & hoīm. et scōz quā naturā. mediet. s. hūanam. & cui mediet. s. deo trinitati. Trinitati enim nos recōciliauit per mortem per quam etiam nos redemita seruitute diaboli. Nam vt petrus ait. Non coz-

ruptibilibus auro et argento redempti sumus. sed precioso sanguine agni immaculati.



¶ Quarto queritur circa eādē distinctionem. An sufficiat simplicibus siue minoꝛibus credere explicite oēs simboli articulos. Pro huius.q. enodatione est aduertendum quod licet omnia credenda in sacra pagina contineantur: tamen q̄ amplissima ē: glorioſi apostoli p quos fides catholica vniuerso oꝛbi annūciauda ꝛ predicāda erat: priusq̄ in omnem terram exiret sonus eoꝛum ꝛ separarentur abinuicem: quasdaz pricipales ꝛ catholicas veritates a fidelibus credendas ad quas reliq̄ facile reduci possent: simul coadunarunt vt sic a fidelib⁹ facilius ꝛ caperentur: ꝛ memoꝛie commendarentur. Hec autem collectio simbolum apostoloꝛum nominatur: vnde simbolum dicitur a sin quod est simul: ꝛ bole quod est sententia secundum alios moꝛsellus vel particula: quia quilibet apostoloꝛum apposuit moꝛsellum vnum siue particulam vnaz ꝛ collectio talium partium siue sententiarum dicitur simbolum: ꝛ i hoc omnes doctoꝛes cōueniunt: scilicet quod primum simbolum conditum est a duodecim apostolis: sed mirabiliter digladiantur quem articuluz quis apostoloꝛum apposuit. Nam diuus Thomas ꝛ doctoꝛ Subtilis astruunt quod primos tres articulos: diuus Petrus in vnum complexus est: scilicet articulum de vnitate essentię diuine: articulū de ōmnipotentia patris ꝛ articulum de opere creationis. Ideo quia Petr⁹ caput et vertex est apostoloꝛum teste Joanne chrysostomo posuit articulos concernentes patrem qui est fons totius Trinitatis Johannes euangelista apposuit articulum de persona filij. Jacobus autem zebedei: qui vocatur maioꝛ apposuit articulos de conceptione ꝛ natiuitate temporali filij. Andreas vero apposuit articulum passionis. Philippus autem articulum descensionis ad inferos. Thomas autem articulum resurrectionis. Bartholomeus articulum ascensionis ad celos. Matheus vero articulum de aduentu saluatoꝛis ad iudiciuz. Jacobus minoꝛ posuit articulum concernentem personam spiritussancti Simon autem apposuit articulum de sanctitate matris nostre ecclesie. Thadeus apposuit articuluz de cōmunione fidelium. Matthias vero articulum de vita ęterna siue beatitudine. Sed diu⁹ Bonauentura bene concedit diuum Petrum posuisse primos tres articulos concernentes personam patris sed asserit. Andream apposuisse ꝛ in iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum: et Joannem apposuisse. Qui conceptus est de spiritusancto ex Maria virgine. Jacobum autem maioꝛem apposuisse Passus sub pontio Pylato: crucifixus: moꝛtuus et sepultus. Thomam autem Descensum ad inferos et resurrectionem tertia die a moꝛtuis. Jacobum minoꝛem apposuisse ascendit ad cœlos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Philippum autē inde venturus est iudicare viuos ꝛ moꝛtuos. Bartholomeū credo in spiritum sanctū. Matheum sanctā ecclesiā catholicā. Simonez sanctoꝝ cōmunionē remissionē peccatoꝝ. Thadeū carnis resurrectionem. Matthiā vero perfecisse addendo vitā ęternam: sed quę istaruz opinionū sit verioꝛ nescitur: q̄ prefati doctoꝛes: neq̄ autoꝛitatez neq̄ rationē adducunt: sed pro libito loquūtur: ꝛ ideo quilibet potest aliter dicere: ꝛ parui aut nihil refert scire quis apostolus quē articulū apposuerit: quoniā vnus est spiritussanctus qui fidē apostolis reuelauit: et hoc est certū q̄ p oēs apostolos spiritussanctus tanq̄ autoꝛ principalis simbolū edidit: ꝛ hoc fuit figuratuz Josue. 4. cap. vbi habetur q̄ duodecim viri tulerunt de medio Jordanis alueo duodecim lapides: vt filij israel intrarent terrā promissionis: per duodecim enim viros significatur. 12. apostol. per. 12. lapides significantur. 12. articuli quos de medio Jordanis alueo. 1. de medio sacrę pagine tulerūt: vt christiani qui sunt vere filij Jsrael per eos intrent terram promissionis. i. vitaz ęternam. Huic autē simbolo apostoloꝝ̄ addita sunt duo alia. s. simbolū concilij Niceni: ꝛ simbolū Athanasij ad maioꝛē fidei explanationē ꝛ hereseuz extirpationē. Nā simbolū Niceuuz ędituꝫ est cōtra Manicheū hereſiarcham qui posuit duo principia vnū bonoꝝ ꝛ aliud maloꝝ: ideo dicitur Credo in vnum deum: factoꝛē celi ꝛ terre. Visibilium omniū ꝛ inuisibilium. Et cōtra errorem Arrij: ideo dicitur ꝛ in vnum dominum Ihesum Christum filium dei vnigenitū Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo lumen de lumie deum verum de deo vero. Genitum non factum consubstantialem patri per quem omnia facta sunt. Item contra errorem Euticeti ꝛ Nestoꝝ̄ij qui dixerunt spiritumsanctuz esse seruum patris ꝛ filij. ideo additur. Et in spiritumsanctuz dominū viuificantē. Qui ex patre filioq̄ procedit. Qui cū patre ꝛ filio simꝫ adoratur ꝛ conglorificatur: additur etiā Qui loquutus est per pphetas: propter aliquos hereticos qui dixerunt pphetas fuisse phanaticos siue surreptitios: simboluz vero Athanasij principaliter est ędituꝫ contra errorem Arrianoꝝ̄ ꝛ Nebionitarum tenentium Christum fuisse puram creaturam: sed quia simbolum apostoloꝝ̄ conditum est fide nonduz publicata: sed publicanda: ideo dicitur secrete in prima ꝛ completorio. Alia vero duo simbola aperte ꝛ publice cantantur in missa ꝛ prima: q̄ ędita fuere fide: iam promulgata. Secundo notandum est quod aliqua pertinent ad fidem de per se: ꝛ aliqua de per accidens. Illa dicuntur de per se pertinere ad fidē: quoꝝ̄ visione in vita ęterna perfruemur: vel per quę ducemur ad vitam ęternam: illa vero dicuntur pertinere de per accidens: quę reducuntur ad ptinentia de per se ad fidez: duo esse nobis pponūt videnda. s. archanū diuinitat⁹: cui⁹ visio nos bēos efficit

Universidad de Sevilla

ꝛ misterij hūanitatis xp̄i per quod in gloriā filioꝝ dei accessuz habem⁹ vt inquit Apostol. ad Roma. 5. Et saluator noster Joannis. 17. inquit hec est vita eterna vt cognoscant te deū verū: ꝛ quē misisti iesum xp̄m. idcirco prima distinctio credibiliū ē q̄ quędā pertinent ad maiestatē diuinitatis quędā vero ad misterium humanitatis Christi quod est pietatis sacramentū vt habetur ad Timotheū primę. 4. cap. Et doctores theologi vltra istā distin. adhuc bifariā distingunt articulos fidei vno modo ex parte autoꝝ ipsos coadunantiuz: ꝛ sic sunt. 12. articuli: q̄. 12. precise fuere apostoli qui simbolum ędidere. Alio mō distingunt ex parte creditoꝝ: ꝛ sic aliqui ponunt. 14. septē ex parte diuinitatis Christi: ꝛ hoc figuratur in primo cap. Apoca. vbi Joan. ait. q̄ vidit septē candelabra ꝛ in medio septez candelabroꝝ similē filio homis: ꝛ ille habebat ad dexteram septē stellas: per septem nāq̄ stellas luminosas quę sunt de natura cœlesti intelliguntur septem articuli spectantes ad diuinitatem. per septē candelabra aurea quę sūt de terrena materia: verumtamē optima ꝛ depurata intelligunt septem articuli respicientes humanitatem xp̄i. Et ideo dicit q̄ in medio eoꝝ vidit similē filio homis. Alij vero doctores solum ponunt sex ex parte diuinitatis: ꝛ sex ex parte humanitatis sed non curandū est de istis. Nā nulla est vtilitas. immo mere ad placitū est ponere plures aut pauciores. Istis notatis ponuntur due conclusiones responsiue ad. q. Quarū prima est hec. in simbolo apostolorum articuli fidei sufficienter explicant. Ista conclusio probatur: q̄ apostoli spiritusancto repleti tale simbolum edidere: ergo sufficienter in ipso articuli fidei explicantur. Secunda cōclusio est ista non sufficit minoribus siue simplicibus: credere explicite omnes articulos qui ponunt in simbolo apostolorum. ista cōclusio probatur. Necessarium est simplices ꝛ minores credere explicite sacramētum eucharistie. Similiter sacramētum baptismatis: similiter adulterium esse peccatum mortale: ꝛ sic de similibus: ꝛ ista non ponuntur explicite in simbolo apostoloruz: ergo conclusio vera.

¶ Contra primam conclusionez arguitur male ponitur in simbolo apostolorum. Credo in vnū deuz ergo prima conclusio falsa: añs probatur illa quę possunt sciri ratiōe demonstratiua non pertinent ad fidez sed ad scientiam: sed ista duo. s. deū esse: ꝛ deum esse vnum possunt sciri demonstratiue: ergo non debent poni in simbolo apostoloruz minor probatur. philosophus noster in. 12. metaphisices. ꝛ in. 8. phisicoruz demonstrauit vnum deum esse: ꝛ multi alij philosophi idem demonstrauerunt ergo de talibus potest haberi scientia. ꝛ p̄ ꝑs non est habenda fides. Ad hoc argumētū rñdetur negādo añs ꝛ ad pbationē distinguit ma. vl ꝓcedendo de fide acq̄sita ꝛ respectu illoꝝ q̄ hūt demōstrationes: ꝛ sic cōcedit illa ꝛ negat ꝑia: rō est: q̄ pauci sunt tales in cōparatione aliorum

laicoruz qui nō possunt scire tales demōstrationes: vel procedēdo de fide infusa ꝛ sic negatur illa maior.

¶ Scōo arguitur sic cōtra eandem cōclusionem. In symbolo apostoloruz nō ponitur aliquid de omni scientia vel p̄uidētia dei erga creaturas ꝛ necessariū est credere deuz esse omni scientem ꝛ habere curam creaturarū ꝛ ipsis prouidere igit symbolū apostoloꝝ nō est sufficiēs: ꝑia tenet q̄ nō minus est necessariū credere deū esse oīscium q̄ oīpotentē: ergo sicut posit⁹ est articulus de oīpotentia debuit poni vnus articul⁹ de omni sciētia: ꝑia tenet maxime q̄ aliqui ꝓphi ꝓcipui dixere deum nihil aliud intelligere a se. Nā cōmentator au erroris hoc tenet expresse ꝛ philosophus videtur sentire. Ad hoc argumētū rñdetur negādo ꝑiam ꝛ ad probationē negatur iterū ꝑia ꝛ ad probationē concedo q̄ ꝓcipui phi ita tenuerūt: nihilomin⁹ in articulo oīpotētie includit articulus omnis sciētię. Nā certum est q̄ non potest esse oīpotens: nisi omnia sciat.

¶ Tertio arguitur sic nō debebat poni nisi vnus articulus in symbolo pro tribus personis in diuinis ergo male assignantur in symbolo plures: añs probatur vnica est notia patris ꝛ filij ꝛ spūs sancti ergo vn⁹ articulus est ponend⁹ pro ipsis tribus personis añs patet expressa autoritate saluatoris dicentis philippo Joā. 14. philippe qui videt me videt ꝛ patrē Ad hoc argumentum rñdetur negādo añs ꝛ ad ꝓbationē negatur ꝑia: rō est: q̄ tres persone in diuinis habēt varias notitias siue ꝓprietates circa quam cōtingit errare. Immo multi errauerūt. Cōtra istaz solutionē arguit seq̄retur q̄ circa personā patris deberēt poni multi articuli in symbolo sed non ponūtur ergo solutio nulla seq̄la probatur. tot habet notiones siue ꝓprietates persona patris sicut persona filij ꝛ persona spūs sancti ergo sicut ponunt multi articuli circa personas filij ꝛ spūs sancti: ita debent poni multi articuli circa personam patris. Ad hanc replicā rñdet negādo sequelā ꝛ ad probationem negatur ꝑia ꝛ rō est: q̄ multę hereses insurrexerūt circa personas filij ꝛ spūs sancti ꝛ nō circa personā patris. Immo rare aut nulle insurrexerunt circa personā patris. Cōtra istaz solutionē arguitur seq̄retur ad minus q̄ aliquis articul⁹ debuisset poni circa diuinitatē filij sed nullus ponitur in symbolo apostoloruz igit solutio nulla: seq̄la probatur multę hereses insurrexerūt circa diuinitatem filij ergo aliquis articulus erat ponēdus circa diuinitatem filij. Ad hanc replicā rñdetur q̄ iam ponitur in symbolo apostol. vnicū dominū nostrū. Sed hoc pōt calūniari dicēdo q̄ est vnicus dñs post patrē ꝛ li filiuz ibi solū capitur ꝓ filio adoptiuo ꝛ nō nali: immō actualr male dicti iudei: ita dicunt de suo messia quē sperāt: q̄ erit fili⁹ dei adoptiu⁹ ꝛ dñs vnicus totis mūdi: propterea dicēdum est q̄ spūs sanctus sciebat aliud symbolū: imo duo fore ędēda circa diuinitatē filij. Ideo apostoli:

qui regebantur aspiritu sancto nõn expresserũt tantum diuinitatẽ filij sicut patris.

¶ Quarto arguit sic multi sũt articli credẽdi explicite a fidelib⁹ q̃ nõ ponunt i symbolo aposto. exp̃sse igit ꝓma cõclusio falsa: añs ꝓbatur articulus circa sacramẽtum eucharistię ⁊ articulus circa sacramentũ baptismatis ⁊ articul⁹ circa sacramẽtum confirmationis non ponũtur ⁊ sunt necessarij ad salutẽ: similr ẽ necessariũ credere explicite adulteriũ esse peccatũ mortale: similr furtum ⁊ sic de alijs ergo symbolũ apostol. est insufficiens. Ad hoc argumẽtuz rñdetur q̃ illi articuli licet non ponãtur explicite in symbolo apostol. ponũtur tñ implicite ⁊ aliqui doctores reducũt articulũ sacramẽti eucharistię ad articulũ oipotentię: alij vero reducũt ad articulũ passionis x̃pi: qui dixit instituẽdo pręfatum sacramẽtũ hoc facite in meã cõmemorationem. Nã sacramentũ eucharistię memoria est passiõis x̃pi. Ait diuus bonauẽtura reducit ad illũ articulum. s. sanctorum cõmunionem ⁊ etiam in symbolo Niceno addit cõfiteor vnũ baptisma. Cõtra istã solutionem arguit sacra pagina est restrahere licet ergo illicitũ est symbolum cõstituere añs patet deutero nomi. 4. cap. habeꝫ nõ addetis ad verbũ qõ loquor vobis: neq̃ auferetis ab eo. Ad hanc replicã rñdetur negãdo ꝓiam: rõ est qz cõstitutẽdo symbolũ nihil additur neq̃ substrahitur sacrę paginę. Sed explicãtur aliqua: quę implicite continentur.

¶ Quinto arguitur sic in symbolo apostolorũ ponitur credo i deũ ⁊ non sic debet poni talis articulus igitur prima conclusio falsa. minor probatur professio fidei: quę in symbolo cõtinetur pertinet ad oẽs fideles: sed nõ oĩbus fidelibus cõuenit credere in deũ sed solũ illis: qui habent fidẽ formatã ergo nõ bene ponitur talis articulus. Pro huius argumenti solutione est aduertẽdum q̃ Aurel. aug: sup quartũ ca. ioãnis ponit differentiã inter istas loquutiones. s. credo deo: credo deũ: ⁊ credo in deũ. credere deo est credere dictis eius ⁊ isto mõ credimus dictis alicui⁹ viri: quẽ opinamur esse veracem ⁊ isto mõ demones etiã credũt deo credere deũ ẽ. credere deũ esse ⁊ isto mõ credim⁹ de⁹ ẽ papã iperatorem regẽ Frãtię ⁊ sic de alijs. Silr dęmones isto modo credunt deum: credere in deũ est credẽdo in ipm tẽdere per amorez ⁊ isto mõ dęmões non credũt in deũ. Nã non diligunt deum sed oderũt similr mali x̃piani non credunt in deum. Isto notato rñdetur a doctorib⁹ coiter q̃ symbolum apostolorũ dicitur in persona ecclesię ⁊ semp sunt ⁊ erunt in ecclesia qui diligent deũ ⁊ ex p̃sti credẽt in deuz: sed hęc solutio nõ satisfacit argumẽto. Nã certũ est q̃ multi x̃piani dicũt symboluz apostolorũ in ꝑsona propria: imo quilibet x̃pianus tenetur interdũ dicere in ꝑsona ꝓpria Propterea aliter rñdetur q̃ cuius nõ oĩbus x̃pianis cõueniat credere in deum: oẽs tamen x̃piani tenẽtur

credere i deũ sub pena peccati mortalis quolz die dñico ⁊ quolibet die festo: ⁊ si mali x̃piani dicãt credo in deũ ⁊ intelligunt quid dicũt: ipsi mẽtiuntur nec hoc debet reputari incõueniens. Nã itidẽ est cõcedendũ de oratione dñica vt egregie ꝓbat Aurel. august. Maz mali x̃piani qui seruant odia ⁊ rancores in cordib⁹ suis toties mentiuntur sc̃m Augu. quoties dicunt orationẽ dñicã. Contra istam solutionẽ arguitur sequeretur q̃ nõ deberemus dicere. Credo in sanctã ecclesiã: ꝓis est contra cõsuetudinẽ aliquor x̃pianor: ergo solutio nulla: sequela ꝓbatur nõ debemus tendere tanquã in finẽ vltimũ in ecclesiã per amorẽ: ergo nõ debemus credere in sanctã ecclesiaz. Ad hanc replicã rñdetur concedendo sequelã: vnde solũ layci ⁊ ignorantes clerici dicunt. Credo in sanctã ecclesiam. Nã viri docti nõ taliter dicũt sz bñdicunt credo sanctã ecclesiã.

¶ Sexto arguitur sic in symbolo Niceno non ponitur descens⁹ ad inferos: ergo insufficienter fuit conditum. Ad hoc argumentũ rñdetur negando ꝓiam: ⁊ rõ est: qz ille articulus iam fuit positus in primo symbolo: ⁊ non pullularunt hęreses contra illũ articulum ⁊ valde explicite ponitur in primo simbolo. ideo sancti patres non curauerunt ponere illud in simbolo Niceno. Contra istã solutionẽ arguitur: solũ ẽ vna fides vt inquit apostol. ad ephe. 4. cap. ergo solũ debet esse vnũ simbolũ. Ad hanc replicã rñdetur negando ꝓiaz Contra istã salutionẽ replicatur fides sufficienter fuit tradita per primum simbolũ: ergo superuacaneuz fuit alia duo simbola ꝓdere. Ad hãc replicã rñdetur negando ꝓiaz: ⁊ rõ est: qz sicut pullulãt hęreses: ita opz noua simbola condere. Inde est q̃ nos dñi latini contra grecos adinuenimus simbolo Niceno qui ex patre filioq̃ procedit ad eliminandã hęresim grecor⁹ astruẽtiũ spiritũ sanctũ nõpcedere a filio: ⁊ ita ꝓfiter oportebit facere qñ insurgẽt hęreses: quas sc̃m Pauluz necesse est insurgere propter malitiã hoim.

¶ Postremo arguitur sic diuus Paulus: ⁊ diuus Barnabas nullũ articulũ apposuerunt simbolo apostol. ergo illud simbolum est insufficiens: ꝓ̃a ꝓbatur. Paul⁹ ⁊ Barnabas fuerũt vocati: ergo male editum est primũ simbolũ. Ad hoc argumentũ rñdetur negando ꝓiam: ⁊ ad probationẽ dicitur q̃ nondum erant vocati Paulus ⁊ Barnabas ad apostolatũ qñ conditũ fuit illud simbolũ: ideo non debuerunt vocari ⁊ maxime: qz non erant de numero duodecim.

¶ Quinto queritur circa eandẽ distin. ad quẽ spectat ẽditio simboli fidei catholice ⁊ determinare ea: quę fidei sunt. Pro huius. q. enodatiõe est aduertendũ q̃ mirabilis est controuersia inter doctores catholicos circa istã difficultatem veluti de superioritate Papę supra concilium. Nam Joan. de Gerson⁹ ⁊ Galli doctores ⁊ multi alemanor tenent q̃ ad vlẽ cõciliũ pertinet ẽdere simbolum ⁊ determinare ea quę fidei ca-

tholice sunt ⁊ nõn ad papam. Motiua ⁊ rõnes ipsoꝝ: quibus mouent ad tñr opinãdũ adducent ꝓtra ꝓclusiones quas ponemus ⁊ soluemus.

¶ Cõtra istam opinionẽ arguitur sic in omni republica bene ordinata dandus est vnus princeps qui possit sua autoritate facere ea oĩa: sine quibus salus reipub. stare neqt sed respub. xp̃iana est optime ordinata: qz a saluatore nostro qui est infinita sapientia patris: ergo in politia xp̃iana dãdus est vnus supremꝰ hierarcha siue princeps qui sua autoritate possit dirigere xp̃ianos ad ea quę maxime conferunt ad salutẽ ⁊ consequtionẽ vltimi finis: sed notitia credendoꝝ est necessaria ad salutem fidelitũ testante Paulo ad hebreos. xi. sine fide impossibile ẽ placere deo: ergo cũ Romanus põtif. sit suprem⁹ hierarcha ⁊ princeps reipub. xp̃iane ꝙ debet dirigere oẽs christicolas ad gloriã ẽternã: ipsius erit condere simbolũ ⁊ determinare ea quę fidei catholice sunt.

¶ Scõo arguit sic philosophꝰ in. x. methaphisices. inquit omne primũ in vnoquoq; gñe est metrũ ⁊ pontif. est primꝰ ⁊ maximꝰ oĩm prelatoꝝ ecclesie: ergo ipse erit metruz ⁊ mensura ac regula credẽdoꝝ: ⁊ sic oĩm quę ad directionẽ fidelitũ in vitam ẽternam necessaria sunt.

¶ Tertio arguitur in ca. oĩnes xxii. distĩ. habetur ꝙ romana ecclesia est mater fidei. ⁊ Ambro. in eodẽ ca. se in oĩbꝰ seq̃ magistrã sanctã romanam ecclesiã ꝓfitetur. ⁊ in ca. esh ve rõ. xix. dist. habeł ꝙ romana eccl̃ia in exẽplũ ⁊ speculũ p̃posita ẽ: ergo ad rom̃. pont. ꝑtinet determinare ea q̃ fidei catholice sunt.

¶ Quarto arguit autoritatesã ctis. Hiero. in ca. Hęc est fides. xxiv. q. i. inquientis. Hęc est fides papa beatissime quam ĩ eccl̃ia catholica didicimus: quãq; semp tenuim⁹: in q̃ si min⁹ perite aut paz caute aliq̃d positũ est emendari cupimus a te q̃ petri sedẽ tenes ⁊ fidẽ si aũt hęc nostra ꝓfessio apl'atus tui iudicio comꝓbetur q̃cunq; me culpare voluerit se imperitũ aut maliuolũ: vel ẽt nõ catholicũ sz hereticũ ꝓbabit sancta romana eccl̃ia q̃ semp immaculata ꝑmansit dño ꝓtidente ⁊ bto apl'o Petro opẽ ferẽte in futuro manebit sine vlla hereticoꝝ insultatiõe atq; firma immobilis oĩ tpe ꝓsistet: ergo ad romanũ põtif. ꝑtinet determinare ea q̃ fidei catholice sunt.

¶ Quinto argr̃ sic vna fides oz esse totiꝰ vlis eccl'ie iuxta illud apl'i p̃me ad corint. i. cap. idipm dicatis oẽs ⁊ nõ sint ĩ vobis schismata hoc aũt seruari nõ posset nisi q̃stio fidei exorta determinarek ab oĩbꝰ tenenda ⁊ credẽda ꝙ vnũ q̃ toti eccl'ie ꝓest vt sic ei⁹ sñia a tota vl'i eccl̃ia incõcusse teneak: sz Roma. põtif. toti eccl'ie vl'i ꝓest: ergo ad romanũ pontif. ꝑtinet ꝓdere simbolũ ⁊ determiare ea q̃ fidei catholice sunt hec. ꝓclusio ẽt ptz in ca. quoties vẽtilak. xxiv. q. i. ⁊ i ca. sic oẽs distinc. xix. Agatho papa. inqt oẽs sẽctiones aplice sedis accipiende sunt tanq; ipsius diuina voce Petri firmate.

¶ Sexto argr̃ sic autoritate diui bernardi in. vi. ca. scõi ad eugeniũ q̃rtum dicentis. Ipsi pape Eugenio tu es potestate Moyses: sed dictum est Moysi exodi. xviii. Esto tu in populo in his quę ad deuz pertinẽt vt ostendas eis ceremonias ⁊ ritum colendi deũ ergo sicut oẽs q̃stiones emergentes de lege ⁊ cultu dei reseruabãtur moysi determinandę sic oĩa q̃ sunt fidei xp̃ianę reseruant Roma. põtif. determinãdę hinc est q̃ cũ xp̃s alijs apostolis imperaret vt laxarent retia soli petro dixit duc in altũ luce. xv. cap. id est in profundum disputationũ vt glosat diuus Ambrosiꝰ ⁊ habetur in cap. Mõtur betur prime. q. xxiv.

¶ Septimo arguitur sic actuũ xv. diuus paulus detulit q̃stionẽ de cessatiõe legaliũ ad dñm petrũ: quã determinauit diuus petrus dicens Nũc ergo quid tẽtatis deũ imponere iugum sup seruices discipulorum quod neq; nos neq; patres nr̃i portare potuimus ⁊ diuus hieronymꝰ in Epistola ad august. asserit q̃ diuus petrus princeps fuit illiꝰ decreti. s. legem post euãgeliũ nõ esse seruãdaz ⁊ hoc est valde notãdũ cõtra Joãnem de gersono ⁊ alios doctores sequaces ipius. Mã dicit de gersono q̃ iacobꝰ minor fuit princeps talis decreti ⁊ ĩ vna alia epistola ad august. diuus hieronymꝰ inquit tã tę petrus autoritatis fuit vt paulus inscripserit. s. in p̃mo ⁊ scõo cap. ad galatas deinde post tres annos veni hierosolymã videre petrũ ⁊ mãsi apud eum diebus quindeciz ⁊ post annos quattuordecim ascendi iterũ hierosolymã cuz barnaba assumpto ⁊ tito: ascendi autẽ scõm reuelationem ⁊ exposui eis euãgeliũ qõ predico inter gentes: ostẽdens non habuisse securitatẽ euãgelij predicãdi nisi petri sñia roboratuz fuisset ⁊ tñ iam paulus fuerat raptus vsq; ad tertiũ celũ ⁊ viderat archana dei: q̃ non licet homini loqui: ⁊ iam etiam vocatus fuerat vas electiõis a spũ sancto ergo per locũ a fortiori ⁊ maiori si diuus paulus detulit questionem fidei ad romanũ põtificez oẽs alii xp̃iani debent deferre q̃stiones fidei ad romanos pontifices.

¶ Octauo arguitur sic diuus hieronymꝰ in libro de viris illustribus inquit Marcus discipulus ⁊ interpres petri iuxta quod petrũ audierat referentẽ rogatus Rome ꝙ fratribus breue scripsit euãgelium qõ cuz petrus legisse approbauit ⁊ ecclesijs legẽduz sua autoritate tradidit ergo Roma põtif. est dare autoritatem euãgelijs: ⁊ ex ꝓfiti oĩbꝰ illis q̃ sunt de fide ⁊ hęc verba diui hieronymi allegata leguntur in breuiario scõm vsum Romanum.

¶ Nono arguitur sic aurelius augustinus in. lxxix. q. libri de. q. veteris ⁊ noui testamenti asserit q̃ sicut in saluatore erãt oẽs cause magisterij ita ⁊ post saluatorẽ in petro oẽs cõtinentur sed saluatoris erat determinare ea q̃ sunt fidei ergo diui petri ⁊ successoꝝ eius est determinare ea quę sunt fidei.

¶ Decimo ⁊ vltimo arguitur Maximꝰ papa inquit decebat tãtę

dignitatis ⁊ sapientię viruz non ab alio misterij cęlestis archana requirere: nisi ab eo potissimum: quem nō potuit caro ⁊ sanguis instruere: sed cui dominus ipse sua decreta dignatus est aperire beat⁹ es inquit simon bariona: qz caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Hunc enim pre ceteris mortalib⁹ de toto terraruz orbe conditor orbis elegit: cui cathedraz magisterij principaliter possidēdaz tenere perpetuo priuilegij iure concessit: vt quisquis diuinum aliquod aut profundum nosse desyderat: ad huius preceptionis oraculuz doctriuāq recurrat: necilli hūiliter offerre: quod soluendum est: erubescat etiam ⁊ si ipe quod quęrit non ignorat. nunquid enim angelus de celo veniens erat nescius docere cornelium: quando videlicet id quod sibi agenduz esset addiscere destinauit ad petrū mitte inquit viros in iopen ⁊ accersi simonem quēdam qui cognominatur petrus: is dicet tibi qđ te oportet facere poterat plane sanctus Angel⁹ docere hominez gentilem quid sibi opus esset ad salutē: sed eius nolebat vsurpare officium cui docendi nouerat fuisse cōmissum. Quid ergo mirum si sacerdos licet sanctitate cōspicuus: licet eloquijs diuinis vehemēter instructus ad apostolorū principis magisterium misit: ad quem etiam angelus dei docendi gratia primitias gentilium cornelium destinauit ergo per locum a maiori: si bonus angelus ad petrum misit cornelium pro fide sibi comparanda: omnes christicolę ad Romanos pōtifices diui Petri successores pro fide capescenda recurrere debent.

¶ Propter ista igitur argumenta pono conclusiones respōsiuas ad titulum. q. Quaruz Prima est hec ad papam pertinet symboluz fidei condere siue ordinare: hęc conclusio ⁊ si satis sit probata per prefata decem argumenta pro huberiori tamen intelligentia probatur duabus rationibus diui Thome quas ponit in decimo articulo primę. q. secūdę secūde. Prima ratio est talis ēditio symboli fit in sinodo vl̄i: sed synodus vl̄is solū auctoritate Romani pontificis cōgregat vt habetur in cap. synodum regula vestra. Hec licuit. Multis: ⁊ concilia: distinctionis. 17. ergo ad solum papam pertinet symbolū fidei condere. Secūda ratio talis est. Noua ēditio symboli necessaria est ad vitandos insurgentes errores: et ad authoritatem illius spectat ēditio siue ordinatio symboli: ad cuius auctoritatem pertinet sententialiter determinare ea: quę sunt fidei: vt ab omnibus inconcussa fide teneantur hoc autem spectat ad auctoritatem Papę: ad quem maiores ⁊ difficiliores ecclesię questiones referri debēt vt habetur in capitulo. Multis distin. 17. ⁊ in capitulo. Rogamus .14. q. p̄mę idcirco luce. 22. domin⁹ dixit petro: quem summū pontificē cōstituit ego pro te rogaui petre: vt nō deficiat fides tua: ⁊ tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos. igit ad Roma. pontif. pertinet condere

2 symbolum fidei catholicę. Scōa cōclusio est hęc ad supremū hierarchā ecclesię spectat interpretari sacram paginam: ⁊ dubia quę emergūt circa diuinum ius aut naturale autoritatiue enuecleare: ista cōclusio probatur ad supremum hierarcham legis veteris pertinebat interpretari sacram paginam: ⁊ dubia circa ius naturale aut diuinū emergentia autoritatiue enucleare ergo per locuz a fortiori ⁊ maiori ad supremū hierarcham legis euangelicę pertinet sacram paginam autoritatiue interpretari ⁊ dubia circa ius naturale ⁊ diuinum emergentia enucleare: cōsequētia probatur supremo hierarcha legis antiquę erat figura ⁊ vmbra ⁊ q̄si nihil respectu Rōma pōtif. erat enim summus sacerdos legis antiquę lanius ⁊ coquus ⁊ in sacrificijs carnes ⁊ sanguinem hircorum taurorum ⁊ vitulorum tractabat ⁊ decoquebat igitur si talia spectabant ad eum a fortiori ⁊ maiori pertinent ad Roma. pontif. qui angelis omnibus dignior est ⁊ maior: quo ad potestatem ecclesiasticam. Iaz probatur primū antecedēs expressa autoritate sacrę paginę. Exodi enim. 17. dominus deus inquit si difficile ⁊ ambiguum apud te iuditiū esse perspexeris inter sanguinem ⁊ sanguinē: causam ⁊ causam: lepram ⁊ non lepraz: ⁊ iuditiuz inter portas tuas videris verba variari: surge: ⁊ ascende ad locū: quem elegerit dominus deus tuus: veniesq ad sacerdotes leuitici generis ⁊ ad iudicem: qui fuerit illo tēpore: quę resq ab eis: qui iudicabunt tibi iudicij veritatē ⁊ facies quodcūq dixerint: qui p̄sunt loco: quem elegerit dominus: ⁊ docuerit te iurta legem eius: sequęrisq sententiaz eorū nec declinabis ad dexteraz: neq ad sinistram. Qui autē superbierit nolens obedire sacerdoti imperio: qui eo tempore ministrat domino deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille: ⁊ auferes malum de israel cunctusq populus audiēs timebit: vt nullus deinceps intumescat superbia. Scōo probatur eadez cōclusio ea quę determinant consilia nullius sunt valoris: nisi approbentur per Roma. pontif. vt habetur in omnibus cap. 17. distin. igitur cōclusio vera. Dicitur notanter in conclusione autoritatiue. Nam inquisitiue bene spectat ad alios. s. ad doctores theologię interpretari sacraz paginam ⁊ dubia circa ipam emergentia enodare. Sed si sint boni catholici semper sumittunt se ⁊ suas determinatiōes iuditio sedis Romanę. Tertia cōclusio est ista ad supremū ecclesię hierarcham spectat singulorum doctorū opera ad fidē pertinētia approbare ⁊ reprobare: ista cōclusio satis elicitur ex primis duabus expresse tamen habetur in cap. si Romanorum distin. 19. ⁊ propterea Gelasius papa in capitulo sancta Romana ecclesia distin. 15. determinat: quę opuscula sunt recipienda a catholicis: ⁊ quę respuēda Quarta cōclusio est ista decreta romani potifices a cunctis fidelibus cum honore sunt recipienda. hęc cōclusio patet in capitu. allegato. Si romanoꝝ ⁊ in oībus cap. eiusdē. 19.

distinctionis ⁊ duo ipsorū sunt diui Gregorij ⁊ diui August. Sed pbat fortius. ista conclusio autoritate saluatoris nostri dicentis Matthei. 18. Qui vos audit me audit. ⁊ qui vos spernit me spernit. ⁊ Matthei. 23. iubet idem saluator omnia quecunq; dixerint vobis facite. ⁊ diuus Petrus in secundo capi. prime canonice inquit obedite superioribus vestris non solum bonis sed etiam discolis: ⁊ diuus Paulus ad hebreos vltimo ait obedite ꝓpositis vestris ⁊ subiacete illis. ⁊ diuus Gregorius in capit. Si qui distin. 81. inquit peccatum paganitatis incurrit quisq; dum christianum se esse asserit sedi Apostolice obedire contemnit. et in cap. obedientiū. 93. distinctiōis. habetur obedientiam inferiores ex ordine superioris: debent summo pōtifici ea debetur ab omnibus obedientia: vt nulli liceat eī communicare cui ꝓ actibus suis ipse inimicus extiterit. nec in ecclesia esse potest: qui eī⁹ cathedrā deserit. Quinta conclusio est ista Romane sedis inditiū in his que fidei sunt ⁊ ad hūmanam salutem necessaria errare nequit. Quamuis hec conclusio corollarie sequatur ex precedentibus Pro maiori tamen veritatis corroboratione probatur ex promissione saluatoris nostri. Luce. 22. dicentis Petro ecce Sathanas expetiuit vt cribraret vos sicut qui triticum cribrant. Ego autem pro te rogaui: vt non deficiat fides tua: ⁊ hec verba allegat diuus Bernardus scribens. Innocentio pape probās hoc insigne apostolice sedis priuilegiū. inquit enim oportet ad vestrum referri apostolatum pericula queq; ⁊ scandala emergentia in regno dei: ea presertim quę de fide contingunt dignum namq; arbitror ibi potissimum resarciri dāna fidei: vbi fides deffectum habere nequit. Hec quippe prerogatiua est huius sedis: cui enim alteri dictum est: ego pro te rogaui Petre: vt non deficiat fides tua? Idem asserunt diuus Cyrillus ⁊ diuus Chrisostomus: ⁊ diuꝰ Gregorius probatur insuper ratiōe hec cōclusio illius sedis iudicium est cēsendum in his que sunt fidei infallibile ⁊ indefectibile: ad quod omnes questiones fidei sunt referende: et inde determinationē sumpturę firmam ⁊ stabilem: sed ad Romanaꝫ sedem sunt omnes cause fidei referende. ⁊ per eam terminande ⁊ definiende vt patet ex authoritatibus sanctorum allegatis. Et vltra illas autoritate diui Gregorij in cap. preceptis distin. 12. Itidem habetur extra de baptis. ⁊ eius effe. capi. Mariores: ergo cōclusio vera. Preterea quantuncūq; aliquid determinetur per concilium nisi approbetur autoritate Roma. pontif. nullum habet robur: vt patet ex omnibus cap. distin. 17. allegatis: ḡ cōclusio vera.

¶ Contra istas cōclusiones arguit primo sic papa potest errare in fide ⁊ heretica pollui prauitate: ergo non spectat ad papam condere simbolum ⁊ definire ea q̄ fidei sunt. antecedens probatur triplicater primo ratione papa est viator ⁊ non est confirmatus per papatum: ergo

pōtest errare in fide. Secundo probatur autoritate cap. si papa. 40. distin. Tertio probatur exemplis. primum est diui Marcellini martyris qui thurificauit idolis: vt habet in cap. Nunc autem. 21. distin. Scōm exemplum est de anastasio secundo que voluit reuocare Acasium hereticum ⁊ cōmunicauit photino heretico ⁊ assecle. ipsius Achasij vt habetur in capit. Anastasius distin. 19. ergo Papa potest errare in fide. Ad hoc argumentum respondetur distinguendo antecedens vel personaliter: ⁊ sic conceditur illud ⁊ negatur consequentia: ratio est. quia papa non potest errare iudicialiter. si vero intelligatur antecedēs iudicialiter negatur illud. ⁊ ad primā probationem negatur minor intelligēdo semper iudicialiter. Immo dico q̄ ratione papatus est taliter confirmatus q̄ non potest errare iudicialiter quāuis bene possit errare personaliter. Alie due probationes nō procedunt neq; militant contra istū sensum: sed bene pbant q̄ papa potest errare personaliter quod concedimus. Cōtra istam solutionem arguitur possibile est q̄ Papa incidat in heresim damnatam ⁊ eam diffiniat iudicialiter. ergo possibile ē papam errare in fide iudicialiter. Ad hanc replicam respondetur q̄ dōminus deus nunq; permittet q̄ papa iudicialiter definiat aliquam heresim tanquam catholicam. immo eū percutiet veluti percussit Anastasiū secundum vt habetur in capi. Anastasius distin. 19. nec mirandum est de hoc. Nam Balaam ductus fuit ad maledicendum populo Israel: vt habetur numeri. 22. cap. Adominō deo tamen fuit coactus benedicere populo Israel. Pariformia Cayphas prophetizauit: cuꝫ dixit expedit vobis: vt vnus homo moriat. ⁊c Si ergo dīs deus non respexit ad malitiam Cayphe. sed propter dignitatem pontificalem fecit eū prophetizare non debet videri mirādū q̄ dīs deus non permittat papam errare iudicialiter in fide propter dignitatem papalem. Contra istā solutionem arguitur. iam aliquis papa determinauit aliquam heresim tanquam catholicam ⁊ non fuit occisus a domino tunc ergo solutiō nulla: antecedens probatur prefatus Anastasius: vt habetur in cap. secūdum ecclesie catholicel cōsuetudinē distinct. 19. determinauit q̄ hereticī possunt baptizare: ⁊ si attentent conferre ordines episcopi hereticī de facto conferunt ⁊ hoc est hereticum vt Gratianus asserit in cap. allegato ⁊ non fuit tunc punitus a domino deo ergo assumptū vex. Ad hāc replicā rīdet negādo asīs: ⁊ ad probationē nego q̄ illa determinatio q̄ hētur in illo ca. allegato sit heretica. imo est ssia dixit aug. quā vlis eccl'ia amplexat vt declaratū est in. 25. d. 4. ssia. ⁊ dico q̄ gratianꝰ errauit ⁊ nō Anastasiꝰ in illo: sed in alio errauit Anastasiꝰ: qui voluit reuocare Achasiū hereticū ⁊ tūc fuit punitus a dīo deo vt habet in cap. Anastasiꝰ allegato. Contra istā solutionē argt Stephanus papa formosum papam condēnauit ⁊ dēs eiꝰ ordinationes iuditialit. ⁊ postea Joānes nonꝰ condēna-

uit Stephanum papam cum cōsilio quod congregauerat contra formosum papam ergo stephanus errauit vel ioann. nonus postq̄ cōtraria determinauerunt: ꝛ quilibet ipsorum fuit papa: ergo papa iuditialiter errauit. Ad hanc replicam respōdetur q̄ argumentum bene probat q̄ papa errauit in facto ꝛ hoc non est inconueniens: sed non probat q̄ errauit papa in fide iuditialiter: ratio est: q̄ solum erat quēstio inter Stephanū ꝛ Joannem an formosus fuerat ver⁹ papa: ꝛ ista quēstio non est de fide: sed de facto causa dubitationis erat: qa dum formosus erat cardinalis iurauerat se nūq̄ accepturum papatuz ꝛ postea acceptauit. Ideo stephanus papa credebat q̄ formosus non fuerat ver⁹ papa: ideo damnauit ipm ꝛ omnes ordinationes ipius. Joannes vero nonus credebat formosuz fuisse verum papam. Ideo dampnauit stephanum cum suo concilio: non obstante iuramento: quod fecerat formosus. Ex quibus clare constat: q̄ solum erat quēstio de facto ꝛ non de fide.

¶ Secūdo arguitur sic Joannes vicesimus in sua extrauaganti contrariatur Nicolao tertio in sua extrauaganti ergo vnus eoruz errauit ꝛ quēstio est apud eos de fide ergo papa sententialiter potest errare in fide. Quod quēstio apud ipos erat de fide patet: quia erat de paupertate christi. Pro huius argumēti solutione est aduertendum q̄ saluator noster duas paupertates docuit verbo ꝛ exemplo. primam scz paupertatem dominorum minorū docuit verbo dicens Matthei decimo nolite possidere aurum nec argentum: nec pecuniam in zonis vestris: non peram: nec duas tunicas nec calciamenta: nec virgam. ꝛ hāc etiam paupertatem seruauit exemplariter. Nam vt habetur lucę octauo christus tunc nihil habebat in cōmuni: neq̄ in proprio: sed bonę mulieres ministrabant ei. Secundam paupertatem aliorum religiosorum docuit etiam saluator noster verbo lucę. 22. cap. dicēs apostol'. Sed nūc qui habet saculum: tollat: similiter ꝛ perā: pariforma docuit eam exemplo. Nam vt habetur Joānis. 13. iudas loculos habebat. Isto notato respondetur q̄ nulla est cōtradictio inter prefatos dnos papas. Nam nicola⁹ determinauit q̄ domini minores imitantur saluatorē nostrum in paupertate ꝛ hoc est verum de prima paupertate. At ioānes. 22⁹. determinauit esse hereticum christum nunq̄ habuisse aliquid in cōmuni. Nam certum est q̄ parū ante passionem vt habetur in cap. allegato iudas loculos habebat super quę verba inquit Augustin⁹: ꝛ habetur. 12. q. prima habebat ergo dominus loculos a fidelibus oblata conseruās ꝛ suorum necessitatibus ꝛ alijs indigentibus tribuebat: ꝛ hoc est verum quod determinauit dominus Joannes. Nec aliquo modo contrariatur determinationi Nicolai tertij: sed solum habetur q̄ christus aliquando habuit loculos ꝛ aliqñ nō habuit. s. in principio suę pdicationis ꝛ istę

duę solū subcōtrariātur ꝛ nō incōuenit duas subcōtrarias eē veras: vt patet ex logica. Contra istam solutionez arguitur Joānes vicesimus secundus reuocauit ea quę determinauit Nicolaus tertio⁹ videlz q̄ minores in reb⁹ oblatis eis nihil iuris ꝛ dominij habent nisi solum vsu fructum denudatū ab omni iure ꝛ dominio ac proprietate tā in speciali quā in cōmuni ergo nicolaus tertio⁹ errauit vel Joānes. 22⁹. errauit ꝛ p cōsequēs papa errauit iuditialiter in his: quę sunt fidei. Ad hanc replicam respondetur q̄ Joānes. 22⁹. solum declarauit determinationem. Nicolaij tertij non debere intelligi de omnibus rebus ꝛ maxime de rebus vsu consumptibilib⁹ ꝛ nō de alijs rebus idcirco non contradicit Joānes. 22⁹. Nicolao tertio vt patz intuenti ambas extrauagantes.

¶ Tertio arguitur ꝛ precipue contra fundamētum omniuz istarū conclusionum illa autoritas: quę habetur lucę. 22. cap. in qua christus dixit petro Ego rogaui pro te petre ne deficiat fides tua nō potest de fide personali petri intelligi ergo fūdamētum conclusionū nullum: aīs probatur illa verba fuerūt dicta petro ante passionem ꝛ in triduo fides personalis petri defecit quādo negauit christum ergo non potest illa autoritas intelligi de fide personali petri. Ad hoc argumētum respondetur negando antecedēs ꝛ ad probationez negatur cōsia ꝛ ratio est q̄ illa autoritas intelligit de fide personali petri quo ad perseuerantiam finalem. Nazbene sciebat saluator noster q̄ petri fides personalis debebat deficere ꝛ q̄ petrus erat ipm negaturus: idcirco subiungit ꝛ tu aliquando cōuersus cōfirma fratres tuos imediate post illa verba. Cōtra istam solutionē arguitur saltem talia verba non possunt intelligi de fide romanę ecclesię ergo semp conclusiones erunt nullę aīs probatur quādo saluator dixit talia verba petro nō magis erat petrus caput romanę ecclesię: q̄ athiochenę: immo prius fuit caput anthiochenę ecclesię q̄ romanę ergo nō magis debēt intelligi talia verba de ecclesia Romana q̄ Antiochena: ꝛ per cōsequēs fides sedis Antiochenę non defuit neq̄ defecit: quod est contra experientiam. Ad hanc replicam respōdetur negando aīs ꝛ ad probationem negatur cōsequētia ꝛ ratio est: quia non cōtinuauit suam sedem diuus petrus vsq̄ ad mortem Antiochię. Immo domino iubente: vt inquit Anacletus papa ꝛ martyr ꝛ transtulit suam sedem ab vrbe Antiochia ad vrbem Romam in qua perseuerauit vsq̄ ad mortem. Ideo sedes Romana habet tā insigne priuilegium ꝛ non sedes Antiochena ꝛ si perseuerasset vsq̄ ad mortez in sede Antiochena: nunc tale priuilegium habuisset sedes Antiochena ꝛ non sedes Romana. Contra istaz solutionem arguitur doctores catholici glosant illā autoritatem saluatoris de vniuersali ecclesia ꝛ non de sede Romana: ergo male assumitur talis auctoritas pro fundamento istarum conclusionum. Ad

hanc replicam respondetur negando antecedens: immo necessarium est dicere q̄ non intelligitur de vniuersali ecclesia. Nam subiungitur ⁊ tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos: idcirco diuus cirillus ⁊ diuus Chrisostom⁹ ⁊ sanctissim⁹ Hieronymus ⁊ diuus Leo ⁊ beat⁹ Agatho. ⁊ diuus Bernardus. ⁊ Anselmus. ⁊ Albertus magnus. ⁊ diuus Thomas glosant prefataz autoritatem de ecclesia Romana: vt distinguitur ab alijs ecclesijs. Contra istam solutionem arguitur non errare in fide fuit promissum toti ecclesię ergo non fuit promissum ecclesię Romanę: pñs probatur vel per ecclesiam Romanam intelligitur solus Papa vel multitudo Romanorum siue clericorum siue laicorum. aut papa cum collegio Cardinalium: sed quidquid intelligatur semper habebitur q̄ talis congregatio potest errare in fide ergo non promissum est sedi Romanę non errare in fide. Ad hanc replicam respondetur negando cōsequentiaz et ad probationem dico q̄ per ecclesiam Romanam intelligitur dominus Papa cum cœtu dominorum Cardinalium ⁊ omnium fidelium catholicorum diocesis romanę: ⁊ nego q̄ talis congregatio totaliter possit errare i fide: q̄uis aliqua mēbra potuerint errare ⁊ de facto errauerint Impossibile ē tñ q̄ oēs simul errēt in fide propter christi promissionez.

¶ Quarto arguitur sic nulla est ędītio symboli facīēda igitur cōclusiōes nullę: antecedēs probatur ędītio symboli si est necessaria: maxime est propter explicationem articulorum fidei: sed talis explicatio fidei sufficienter facta est in aduentu christi igitur nulla debebat fieri ędītio symboli: minor probatur quāto magis appropinquabat tēpus incarnationis: tanto fiebat maior explicatio articulorum fidei ⁊ in aduentu christi ⁊ maxime in passione omnia misteria fidei aperta sunt ⁊ in huius signum velum templi fissum est ergo post christi passionem non debuit fieri aliqua explicatio articulor fidei ꝓsequētia probatur: quia deficiente causa: debet deficere efectus. Ad hoc argumentum respondetur negando antecedens ⁊ ad probationē dico q̄ vltra illam causam ponitur a doctoribus alia causa: cur debeant fieri symbola explicantia fidem catholicam scilicet ad eliminādas hęreses ⁊ hęc est causa potissima: idcirco nō est mirandū si post symbolum apostolorum alia duo symbola ędita fuere. Contra istam solutionem arguitur sequere tur q̄ vniuersalis ecclesia esset excomunicata: cōsequens est absurdum igitur solutio nulla: sequela probatur in Gestis primi concilij ephesini ⁊ primi concilij Calcedonensis interdicta est noua ędītio symboli sub anathemate vltra symbolum Niceni vnde perlecto symbolo Niceno decretum est in ambobus concilijs aliā fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere pręter definitum a sanctis patribus qui in concilio Niceno congregati sunt cum spiritu sancto ⁊ subditur anathematis pœna: ⁊ facta sunt adhuc alia duo symbola per vniuersalez ecclesiam: ergo vniuersalis ecclesia est excomunicata. Ad hanc replicam respondetur negando sequelam ⁊ ad probationem negatur consequētia ⁊ ratio est: quia par in parem non habet potestatez: ⁊ illa duo concilia non poterant prohibere nec intendebant: ne alia concilia sequentia ędērent noua symbola: si nouę hęreses insurgerent: sed solum illa duo concilia prohibebant particularibus fidelibus ⁊ ecclesijs particularibus. alijs a Romana sede: ne noua symbola condērent. Nam quodlibet concilium legitime congregatum ⁊ vniuersale est tantę autoritatis sicut quodcūq̄ aliud concilium pręteritum: veluti papa qui est modo: tantę est autoritatis quātę fuit petrus. Contra istā solutionem arguitur diuus Athanasius ędidit symbolum ⁊ non fuit papa: sed solum patriarcha alexandrinus ⁊ non fuit excomunicatus: imō sancta mater ecclesia illud cātat hora prima igitur responsio nulla. Ad hanc replicam respondetur negando maiorem: sed bene concedimus q̄ diuus Athanasius condidit quādam doctrinam: quę approbata est per papam ⁊ vniuersalem ecclesiaz ⁊ ordinatū est q̄ talis doctrina cantaretur hora prima: maxime die dominicis: ⁊ ideo talis doctrina diui Athanasij per approbationē papę ⁊ vniuersalis ecclię facta est symbolum: quę antea soluz erat doctrina fidei catholice ⁊ sic patz q̄ Athanasius non fecit symbolum: sed bene aliquam doctrinam: quę effecta est symbolum per approbationem papę ⁊ vniuersalis ecclesię.

¶ Circa istam materiam dubitatur primo An papa vel ecclesia siue concilium generale potest facere nouum articulum. Ad hoc dubium respōdetur negatiue: ratio est: quia vel talis cōclusio est reuelata: vel sequitur ex reuelata in bona cōsequētia: vel nō est reuelata: nec sequitur ex reuelata: si primum iam est articulus ⁊ per cōsequens non fit articulus a papa concilio vel ecclesia: si secundum papa nequit ex tali conclusione articulum condere nec ecclesia nec concilium vniuersale ratio est: quia ad hoc q̄ sit articulus fidei aliqua conclusio necessarium est talez conclusionem esse reuelatam vel sequi ex reuelata in bona cōsequētia. Nā sermo noster ⁊ prędicatio fidei non debet esse in persuasibilib⁹ humane sapiētię verbis vt testat apostolus primę ad corinth. scdo cap. Cōtra istam conclusionez arguitur sic ista conclusio. s. spiritus sanctus procedit a patre ⁊ filio est modo articulus fidei: ⁊ ante determinationē ecclesię nō fuit articulus fidei ergo ecclesia pōt cōdere nouū articulum. Ad hoc argumētum rndetur negādo minorē: imo iam ante determinationē ecclię talis cōclusio erat fidei articul⁹: sed nō tenebamur ei assentire explicite: sed bene iplicite ⁊ hoc pōt facere papa vel eccl̄ia. s. cogere nos ad assentiendum alicui articulo explicite cui antea non tenebamur explicite assentire: sed non propterea talis cōclusio efficit nou⁹ articulus

¶ Contra istam solutionem arguitur quando concilium vniuersale congregatum est primū quod facit est determinare tale conciliuz in spiritusancto legitime esse cōgregatum: tunc talis propositio. s. hoc cōcilium in spiritusancto est legitime congregatū est articulus fidei: z ante congregationem concilij nō erat articulus fidei: ergo ecclesia potest cōdere nouū articulū. maioz probatur post talē determinationē cōcilij vniuersalis. talis conclusio nōn pōt licite dubitari ab aliquo fideli xpiano: ergo est articulus fidei. Ad hanc replicā rñdetur negando maiorē. z ad probationē negatur pñia. patz instantia de ista. ego ero saluat⁹ ex meritis passionis xpi. nō enim licet alicui fideli xpiano dubitare. immo firmiter debet taliter sperare. z nihilominus talis pclusio non est de fide.

¶ Scōo dubitatur vtrū simplices siue minores teneantur vltra articulos simboli apostoloz z septē sacramenta aliquid vltra explicite credere. Ad hoc dubiū rñdet diu⁹ Bonauentura affirmatiue. Nā xpicola quantuncūcz simplex tenetur credere oīa illa de quibus fit speciale festum solēne ab vniuersali ecclesia: z per pñs tenetur credere q xps fuit circuncisus: z q magi adorauerunt xpm: z q xps conuertit aquam in vinum. z q fuit xps baptizatus a Joā ne baptista in iordane. z nullū istoz continetur in simbolo apostoloz ne cz in septem sacramentis.

¶ Sexto queritur circa eandez distinctionem. An confessio fidei sit necessaria cuilibet fideli ad salutem Pro huius. q. intelligentia est presupponenda differentia inter precepta affirmatiua z negatiua quę in fine huius tertij declarabit. Qua presupposita respōdetur per duas breues pclusiones. quaz prima est ista confessio fidei est act⁹ fidei. Ista cōclusio patet authoritate glose super illud secunde ad thessaloniceñ. primo cap. Et opus fidei in virtute. i. confessionem que proprie est opus fidei. Secunda conclusio est ista cōfessio fidei est necessaria cuilibet fideli ad salutem. Ista conclusio patet expressa authoritate diui Pauli ad Romanos. 10. dicētis corde creditur ad iustitiā confessio autem oris fit ad salutem.

¶ Contra istam secundam cōclusionem arguitur. sic illud ad salutem sufficit per quod homo coniungitur vltimo fini. sz per fidē interiorem homo coniungitur prime veritati que est vltimus finis hois: ergo non requiritur confessio vocalis ipsius fidei. minor probatur quocūcz casu dato si homo habeat fidē interiorē semper coniungitur prime veritati ergo. Ad hoc argumētū rñdet distinguendo maiorē vel intelligendo de piunctione quo ad cognitionē vel amorē indifferenter z sic negat illa vel intelligitur de coniunctione per cognitionē z amorē. z sic conceditur illa z negatur minor. z ad probationē dato casu in quo op⁹ est vocaliter confiteri fidē si xpianus tunc non confiteatur: non coniungit deo per amorē: sed bene per cognitionē

sed hoc pax prodest iuxta illud apostoli prime ad Corinthios. 13. capi. si linguis hoim loquar z angeloruz charitatē autez non habuero factus sum velut aes sonans: aut cymbalū tinniens. Contra istā solutionez arguitur per exteriorē confessionē fidei homo fidē suā alijs manifestat: sed hoc non est necessariū nisi illis q tenētur alios instruere in fidę catholica: vt sunt dñi episcopi z archidiaconi z rectores z alij prelati ecclesię ergo nō cuilibet fidei pfessio est necessaria ad salutē. Ad hāc replicārñ detur negādo minorē. immo quādo periclitatur fides cuilibet fideli quātuncunqz simplici necessaria est confessio fidei. idcirco multi nobiles ex equestri ordine effecti fūt martyres z multe virgines vt patet legēti historias. Contra istā solutionē arguitur illud quod potest fieri scandaluz alioz non est necessariū ad salutem sed confessio fidei aliqñ fit in scādaluz fidei: z per eā magis prouocantur in fideles contra fidē: ergo cōfessio fidei non est necessaria ad salutē maior probatur expressa authoritate Pauli prime ad corit. 10. dicentis. Sine offensione stote iudeis z gentibus z ecclesie dei. Ad hanc replicā rñdetur q confessio fidei precipitur affirmatiue: z ideo solū obligat qñ sequitur aliqua vtilitas ecclesie vel honor dei. Propterea si xpicola videt qñ est inter sarracenos vel alios infideles q nulla sequetur vtilitas ecclesie necz honor dei tunc non tenetur confiteri: non tamē potest negare se esse Christianum: ratio est: quia precepti de non negando chri

stum est negatiuum: z ideo pro semper obligat. Nā saluator inquit. Si quis negabit me cora hoībus negabo eū coram patre meo qui est in celis. potest tamen tacere postcz non interrogat. idcirco saluator noster Matthei septimo inquit nolite dare sanctum canib⁹ necz margaritas vestras spargere ante porcos: sed si christicola videt quod sequet; vtilitas ecclesie: aut honor dei debz cōfiteri quantunqunqz sequatur scandalum: quia tale scandalum est passiuum: quod est floccipendendū iuxta sententiā saluatoris Matthei. 15 dicentis. Apostolis sinite eos cęci sunt z duces cęcoz.

¶ Secundo arguitur sic sequeretur q credere esset meritorium: cōsequens est falsum: ergo falsitas cōsequētis probatur sequeretur quod scire z opinari esset meritoria: consequens est falsum. ergo sequela prorari ab actu volūtatis meritorio: ergo scire z opinari sunt meritoria sal tem extrinsece. Ad hoc argumentū respondetur concedendo sequelam procedendo de merito extrinseco: z negatur minor: z ad probationē iterum conceditur sequela z negatur minor: sz regulariter magis est meritorium credere quam scire vel opinari; quia magis habet de libertate z voluntario quam scire z opinari. Contra istam solutionem arguitur nunquam credere est meritorium extrinsece. ergo solutio nulla: antecedens probatur: vel talis credens habet rationem sufficientem

indicere fidem vel non habet: si primus non libere assentit ergo nō meretur extrinsece: si scōm talis est leuis iuxta illō eccle. decimo octauo. Qui cito credit leuis est corde ergo non meretur per talem credulitatē. Ad hanc replicam respōdetur negādo assis & ad probationem datur primum: negatur tamen cōsequētia ratio est: quia talis ratio nō necessitat sed bene sufficit cum imperio voluntatis producere fidē. & quia non quilibet habet piam affectionem: ideo non respectu cuiuslibet talis ratio sufficit producere fidem.

¶ Tertio arguitur sic si actus fidei esset meritorius & necessarius ad salutez: sequeretur q ratio inducta ad ea quę sunt fidei diminueret meritum: ꝓns est falsum igitur sequela probatur autoritate diui Gregorij in quadam homelia paschę dicētis Fides nō hz meritū: cui ratio hūana pbet experimentū: iāpbatur falsitas ꝓntis: seqrek q malefacerēt doctores theologi q̄rētes rōnes & argumentationes pro articulis fidei & sic malefacerēt sacrę paginę vacā dō consequēs est absurdum & cōtra illud diui Petri in. 3. capitulo scōę parati dare rationem omni poscenti de eis: quę sunt fidei: igitur sequela probatur meritū taliū doctorum diminuitur q̄ zo male faciunt inuestigando rationes. Ad hoc argumētum respōdetur distinguendo sequlā vel si talis credit ꝓpter rōnes & non alias & sic conceditur illa & negatur minor: & ad probationem negatur sequela & ad probationem negatur q meritum talium doctorum diminuatur: immo augetur & causa est: quia tales doctores theologi nō assentiunt articulis fidei propter rationes: quas inueniunt per exercitium theologicum. Nam dato q nō inuenirent: adhuc assentirent & tota causa quare tales rationes perquirunt est vt possint instruere rudes & confundere hęreticos & infideles: si vero talis non credat soluz propter rationem: sed etiam crederet sine tali ratiōe negatur illa sequela & ad probationem dicō q diuus Gregorius intelligit: quando talis non assentiret nisi propter talem rationē vt patet intuenti locum allegatum. Contra istam solutionem arguitur quicquid diminuit rationem virtutis: diminuit rationem meriti. Sed ratio inducta diminuit rationez virtutis: ergo ratio inducta minuit rationem meriti: minor probatur ratio inducta reddit talem credulitatem faciliorem ergo diminuit rationem virtutis: consequētia tenet: q teste philosopho nostro ars & virtꝰ circa difficile versantur & ideo quanto aliquod opus est difficilius: si sit laudabile tanto est magis virtuosum. Ad hanc replicaz respondetur distinguendo minorem vel in quolibet christiano & sic negatur illa nec probatur in isto sensu. Nam doctor theologus qui est bonus christianꝰ nō facilꝰ credit ꝓpter talē rōnē ꝯ si eaz nō haberet: sed bene verū est q in aliquibus xp̄ianis diminuit rōnē virtutis ratio inducta. Ideo si minor intelligatur ꝓticulariter ō aliquo vl aliquibus xp̄ianis cōceditur illa cuz ꝓnte. Contra istā solutionē replicat contrariaꝝ causaꝝ contrarij sunt effectus: sz id quod inducitur in ꝓtrarium fidei auget meritū: ergo id qō inducit in fauorē fidei diminuit meritū. Ad hanc replicā rīdetur distinguēdo minorē: vel si tale qō inducit in contrariū fidei auget difficultatē & sic cōceditur illa & negatur ꝓsia intelligendo ꝓns vl̄r: vel si nō afferat difficultatē negatur illa.

¶ Postremo arguit sic primꝰ actus fidei non est meritorius: ergo non est necessarius ad salutez: & per ꝓns nullus actus fidei est meritoriꝰ aut necessariꝰ ad salutē: assis probatur dato tali ꝑmo actu fidei necessarium est si sit meritorius q voluntas quavult assentire tali fidei sit moraliter bona: sed hoc est impossibile: ergo primus actus fidei nunq̄ est meritoriꝰ minor probatur necessariū est q talis voluntas imperans talez actū si sit bona reguletur per dictamē prudentiale: sed hoc nō est possibile: ergo minor probatur vel tale dictamē prudentiale erit certū vel formidolosum si scōm non sufficit ad hoc q talis voluntas sit bona moraliter si primū sequitur q tale dictamen est fides siue actus fidei: & per ꝓns aliꝰ non erat primus actus fidei: qō est ꝓtra hipothesim. Ad hoc argumentum aliqui doctores rīdent negādo ꝓsiam: rō eoz est. qz requiritur dictamen prudentiale esse certū & nō sufficit esse opinatiuū: sed hęc rīsio nequit defensari. Nā si bonus xp̄ianꝰ det eleemosynā alicui: quē opinatur esse pauperem virtuose & meritorie operatur & tñ dictamē eius prudentiale quod habet. s. dāda est eleemosina huic paupi nō ē certū sz opinatiuū siue formidolosū igit. ꝓpter ea aliter rīdetur negando assis: et ad probationē negatur minor: & ad probationem negatur itez minor: & ad probationē datur scōm membrū & negatur qō illud non sufficiat. immo in multis operibus virtuosis satis est habere dictamē opinatiuū.

¶ Queritur septimo circa eandem distin. an infidelitas sit maximum peccatoꝝ. Pro huius. q. intelligentia est aduertendū q infidelitas capitur bifariā. Uno mō negatiue. ita q infidelitas dicitur illud qō non est fidelitas. Alio mō capit contrarie. s. pro illo qui habet assensum contrariū fidei aut ipsam fidē contēnit. Isto notato rīdet per aliquas conclusiones quaꝝ ꝑma est ista. Aliqua infidelitas ꝑmo mō est pctm̄: & aliq̄ nō est pctm̄ ꝑma ps huiꝰ pclusionis patet de quocunq̄ errore circa fidē cū pertinatia scda pars patz de quocunq̄ alio actu: ab actu fidei virtuoso. Nā quilibet talis actꝰ virtuosus est infidelitas primo mō: et nullus talis est peccatū. Scda conclusio est ista ois infidelitas scdo mō est peccatū. ista conclusio probatur ois infidelitas scdo modo est actus contrarius actui fidei & ois actus fidei est virtuosus: ergo ois actus qui est infidelitas scdo mō est peccatū. Tertia conclusio est ista infidelitas non est maximū peccatoꝝ. ista conclusio probatur odiū dei ē maximū

peccatoꝝ:ergo nõn infidelitas. aſis probatur odiũ dei contrariatur optimo actui: ſcilicz dilectioni dei ſuper omnia:ergo odium dei eſt maximũ peccatorum.

¶ Contra ſcõam concluſionez arguitur ſic. Nemo peccat in eo qõ vitare non potest: ſed nõ eſt in potestate hoĩs vitare infidelitatez: ergo infidelitas non eſt peccatum maior patet auctoritate. Aurelij auguſti. in lib. de libero arbitrio dicẽtis: q̃ peccatũ ideo eſt peccatũ qz voluntariũ z ſi non eſſet volũtariũ nullo modo eſſet peccatũ: minor probatur cum primũ hõ naſcitur eſt infidelis: ergo non eſt in poteſtate hoĩs vitare infidelitatẽ inſuper. apoſtol dicit ad romañ. 10. Quõ credent ei quẽ non audierunt: quõ autẽ audiẽt ſine prędicante. Ad hoc argumentũ facile reſpondetur q̃ non militat cõtra ſcõaz concluſionem: ſed ſoluz probat primã cõcluſionem. ſ. q̃ aliqua infidelitas non eſt peccatũ: non tñ probat q̃ infidelitas ſcõo mõ non ſit peccatũ.

¶ Scõo arguitur contra eãdẽ concluſionẽ ſequeretur q̃ oĩs actio infidelũ eſſet peccatũ: ꝓĩs eſt falſuz: ergo z ſequela probatur oĩs actio infidelũz emanat ab infidelitate: quę eſt peccatũ: ergo oĩs actio infidelũ eſt peccatũ. inſuper gloſa ſuper illõ ad roma. 14. ſ. omne qõ non eſt ex fide peccatũ eſt: dicit oĩs infidelũ vita eſt peccatũ z ex iſta ſequitur alia ſcz oĩs actio infidelũ eſt peccatũ: ergo ſequela vera iam probatur falſitas ꝓĩtis poſſibile eſt q̃ ſarracenus det eleemoſinaz chriſtiano pauperi amore dei: tunc talis datio eleemoſine propter deũ nõ eſt peccatũ. immo eſt actꝰ virtuoſus z laudabilis z quilibet ſarracenus eſt infidelis: ergo non oĩs actio infidelũ eſt peccatuz. Ad hoc argumentũ rſidetur negando ſequelã: z ad probationẽ primam negatur aſis: immo aliq̃ emanat ab amore dei: vt probatũ eſt ad aliã probationẽ dico q̃ illa gloſa intelligitur de operatiõe quę refertur in maledictã ſectã ipoꝝ: z talis operatio propꝛie dicitur vita infidelũ. Cõtra iſtã ſolutionẽ arguitur ſides dirigit intentionẽ: ſed nõ poteſt eſſe aliqua bona operatio niſi intẽtio ſit recta: ergo poſtq̃ infideles non habent fidẽ: non poſſunt habere intentionẽ rectã: z per ꝓĩs nõ poſſunt habere bonã actionẽ ſiue operationẽ. Ad hanc replicaz rſidetur negando ꝓĩam: z rõ eſt ſcõm Thomã: qz habent lumen naturale: qõ poteſt dirigere bonã intẽtionẽ iuxta illud pſalmiſte pſal. 4. ſignatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe. At ſcõm doctorẽ ſubtilẽ z notales dicendũ eſt q̃ talis ſarracenus habet fidẽ adquiſitam reſpectu illius articuli. ſ. q̃ eſt vnus deus premiator bonoꝝ z punitor maloꝝ: z talis fides poteſt dirigere ſarracenũ ad aliquã bonã actionem. Contra iſtã ſolutionẽ arguitur deſtructo priori deſtruitur poſterius. ſed fides eſt prima oĩm virtutum: ergo ipſa deſtructa deſtruitur oĩs operatio ſtudioſa. ſed infidelis non habet fidẽ. ergo non poteſt habere alias virtutes. immo nullã actionem ſtudioſam põt habere. Hec replica maiorẽ habet apparentiam contra diuũ Thomã quã contra doctorẽ ſubtilẽ z notales. Mã diuꝰ thomas tenet q̃ fides eſt ꝑma virtus. z alij doctores non tenẽt q̃ fides eſt prima virtus inter oĩs virtutes: ſz ſolũ aſſerunt qõ eſt prima inter virtutes theologas: ideo rſidetur conformiter ad opinionẽ diui Thome: q̃ quãuis fides ſit prima inter oĩs virtutes perfectas: non tamen ẽ prima inter oĩs virtutes tã perfectas quã imperfectas. idcirco non oportet q̃ ſi nulla eſt fides nulla ſit actio virtuoſa ſaltẽ imperfecta. Alio mõ rſidetur iurta ſtiam alioꝝ doctoꝝ q̃ fides ſolũ eſt prima iter theologas virtutes. Idcirco nõ oportet q̃ ipa deſtructa deſtruatur oĩs actio ꝟtuoſa: qz multe ſunt alie virtutes diſtincte a virtutibus theologicis.

¶ Octauo queritur circa eãdẽ diſtinct. que ſpecies infidelitatis eſt grauior. Pro huius. q. intelligẽtia eſt aduertẽdũ q̃ vnicuiq̃ virtuti opponuntur plures ſpecies vicioꝝ: qz tẽſte diuo Dioniſio in. 4. cap. de diuinis nomibus z pho in. 2. ethicoꝝ. bonũ vno mõ contigit. Mã eſt ex integra cauſa malũ vero multifariam accidit: qz eſt ex ſingulis defectibꝰ: idcirco virtuti fidei opponuntur infidelitas paganoꝝ: infidelitas ſarracenoꝝ: infidelitas iudeoꝝ. hereſis: apoſtaſia: z blaſphemia. Unde infidelitas gentiliũ ſiue paganoꝝ eſt illorum qui nolunt credere vnuz eſſe deũ: ſed plures credunt z colunt: infidelitas aũt ſarracenoꝝ eſt non credentiũ xpm eſſe deũ z fuiſſe crucifixum: nec recipientiũ ſacramenta eccleſie infidelitas iudeoꝝ eſt recipiẽtiũ figuras ſine vmbrã z nõ recipiẽtium rem figuratã ſiue veritatẽ euãgelicã quę eſt tanquã rota in medio rote. ſ. in medio legis antique vt habetur Ezechielis primo cap. Hereſis ſcõm Hieron. ſuper epl'am ad Galat. z recitatur. 24. q. 3. cap. inter hereſim z ſchiſma ſic diffinitur. Hereſis eſt puerſum dogma. idest dogma falſum fidei orthodoxe ptrariũ. Apoſtaſia contingit tripharia. vno modo retrocedẽdo a religione quaz profeſſus eſt: z iſto mõ idẽ eſt quod hereſis. Scõo mõ ẽ retrocedere ab ordine quẽ ſuſcepit. Tertio mõ contigit qñ aliquis totis viribus nititur repugnare diuinis mãdatis blaſphemia eſt maledicere deo vocaliter vl mẽtaliter. Iſtis notatis rſidetur ad q. per aliquas concluſiones. Quaꝝ ꝑma eſt iſta blaſphemia eſt grauioꝝ oĩbus aliis ſpeciebus infidelitatis. Iſta cõcluſio probatur blaſphemia eſt odiũ dei ſaltẽ equialenter: ergo concluſio vera. Scõa cõcluſio ẽ iſta apoſtaſia tertio mõ eſt grauioꝝ hereſi z infidelitate iudeoꝝ: z infidelinoꝝ. Iſta cõcluſio probatur apoſtaſia tertio mõ ſpectat ad idolatriã z vltra aliquid addit videlicet ingratitudinẽ z ſuperbiã: ergo concluſio vera. Tertia concluſio eſt iſta hereſis peioꝝ eſt infidelitate iudeoꝝ z infidelitate paganoꝝ. Iſta cõcluſio patet: qz hereſis cuenit poſt veritatẽ cõgnitã. z contra votũ quod fecit xpianus recipiendo ſacramentum baptiſmatis. Quarta cõcluſio eſt iſta infidelitas iudeoꝝ peioꝝ eſt infidelitate ſarrace

nor: z infidelitate paganor. ista cō clusio ptz: qz iudei equiualenter obli gauerunt se ad seruandā legē euangelicā ideo: qz lex euangelica continet in antiqua lege sicut rota in medio rotę vt dictū est. Quinta conclusio est ista infidelitas gentiliuz siue paganor grauior est z peior infidelitate sarracenor. Ista cōclusio probatur. non magis obligantur sarraceni ad suscipiendā legē euangelicā quā gentiles siue pagani. z gentiles sunt idolatre. sarraceni vero nō sūt idolatre. immo venerantur vnum deū. z multa de xpo z beata virgine fatentur z ipsos post xpianos mirabiliter venerant. igitur pclusio vera.

¶ Contra notabile arguitur sic non sunt ponende plures species infidelitatis: ergo notabile falsū. añs probatur solū ē vnū obiectū formale infidelitatis: ergo solū debet poni vnica species z non plures: añs probatur. Fides habet vnicū obiectū formale. g infidelitas hz vnicū obiectū formale ꝓña tenet: qz testes ꝓbor oppositor eadem est disciplina. Hoc argumentū solū habet apparentiā contra opinionē diui Thome. nullā tamen habet apparentiā contra opinionem doctoris subtilis qui nominalū. Maz doctor subtilis z nolales varias ponunt fides adq̄ sed doctor sanctus nō ponit nisi vnā tam fidē. ideo argumentuz videtur militare contra ipsum. non tamē cōcludit. Ad diuus Thomas notat q̄ duplicit: ratio formalis peccati pōt accipi vno mō scōm rōnē mali: z isto mō vnicū est obiectū formale infidelitatis. z isto mō solū est ponēda vnica species infidelitatis. Aliomō pōt accipi scōm intentionez peccātis. et isto mō varie sunt species infidelitatis. Nā varia sunt obiecta formalia ideo q̄ tot quot sunt intentiones peccantiū siue errantiū in fide tot sunt obiecta formalia infidelitatis. z ex ista distictione solutio ptz ad formā argumenti. Contra istā solutionem arguitur sequeretur q̄ infinite sunt species infidelitatis. ꝓns est falsum ergo sequela ꝓbatur infinite sunt vel possūt esse intentiones errātiū in fide: ergo infinite sunt vel possūt esse species infidelitatis. Ad hāc replicā rndetur concedendo sequelaz z negando minorē. nec mirandū est qz malū est ex singulis defectib⁹ tē ste pho nostro infinitis modis cōtingit peccare. Contra istā solutionem argr sequeretur q̄ idez hō inueniret sub varijs speciebus infidelitatis. ꝓns est falsum. ergo sequela. ptz de hoie qui varios habet errores in fide. Ad hanc replicā rndetur pceden do seqlā z negando minorē: z rō est qz sicut non incōuenit q̄ idem hō varias species morbor corporaliū habeat: ita nō incōuenit q̄ idem hō varias species vitior spūaliū habeat.

¶ Contra cōclusiones argr sic infidelitas gētiliū siue paganor ceteris speciebus infidelitatis est grauior siue peior. ergo pclusiones nulle. añs probatur. Infidelitas paganorum cōtrariatur illi: qō est principale in fide. ergo infidelitas paganor cęteris est peior. añs probatur infidelitas paganorum ꝓtrariatur vnitati diuine essentie z hoc est principale in fide ergo. Hoc argumentū solū probat infidelitatē paganor scōz genus esse grauiorē non tñ simpliciter. Nā cōsiderando alias circunstātias sunt multe circunstantie aggrauantes infidelitatē hereticor z infidelitatē iudeor: vt dictū est in pbationibus conclusionū. Contra istaz solutionē arguitur inter hereticos il le est detestabilior qui circa plures articulos errat. ergo infidelitas paganor est peior infidelitate hereticor aut iudeor. ꝓña probat pagani siue gentiles circa plures articulos errant q̄z heretici vel iudei. ergo infidelitas paganor ē peior infidelitate iudeor aut hereticor. Ad hāc replicā rndetur negādo ꝓnam: z ad probationē negatur. ite ꝓña z rō ē: qz heretici vel iudei habent circūstātias aggrauantes rōne promissiōis formaliter vel equiualenter: z qñ est cōparatio de hereticis oia sunt paria ex parte promissiōis. idcirco ille hereticus qui circa plures articulos errat peior est alio. Contra istā solutionē arguitur bonū est diminutiuū mali: sed heretici z iudei aliquos articulos credūt. ergo talis credulitas diminuit malitiaz ipsor: z per ꝓns infidelitas paganor peior est infidelitate iudeor aut hereticor. Ad hanc replicaz rndetur q̄ quāuis illa circunstantia diminuat: sunt tñ alie circunstantie multū aggrauātes. id circo infidelitas hereticor aut iudeorum peior est infidelitate paganor aut sarracenorum.

¶ Queritur nono circa eādem

disti. vtrū infideles disputationib⁹ sunt conuincendi: aut simpliciter ad fidē cōpellendi. Pro huius. q. enodatiōe est aduertēdū q̄ duo sunt cōsideranda in disputatione fidei vnū ex parte disputantis: aliud ex parte audientium. ex parte disputātis attendenda est intentio si ea disputat tanq̄ de fide dubitans z veritatem fidei prō certo non supponēs: sed argumentis experiri intendēs peccat tanq̄ dubius in fide. si ea disputet ad confutandos errores vel gratia exercitij laudabile est. ex parte audientiū ꝓsiderandū est: si auditores sint firmi aut titubantes. Scōo est aduertendū q̄ infideliū quidā sunt: qui nunq̄ susceperunt fidē formaliter: sicut sunt gētiles: sarraceni: z iudei. Alij sunt qui aliquando susceperūt fidē catholicā formaliter vt heretici. Istis notatis rndetur ad. q. per aliquas cōclusiones. Quaz prima est ista. Licet gratia exercitij disputare coram firmis fidelibus. Ista conclusio probatur: qz tunc veritas magis eluceſcit z nullum sequitur inconueniens: ergo conclusio vera. Secunda conclusio est ista licet rationibus z disputationibus conuincere z confutare infideles. Ista conclusio ptz: qz ita factū est in cōciliis vbibus sancte matris ecclesie. Nam Athanasius disputauit publice cōtra Arrianos. similiter diuus Hilari⁹ qui cō seruauit fidē catholicā in ecclesia latina. Pariforma diuus Augustin⁹ publice superauit manicheos. similiter Hieronymus de praga: z Joānes Hus fuerunt superati in concilio constantiensi. z quia redierunt

ad vomitū ꝓbusti sunt pari iure grecī cū suo impatore palęologo fuerī victi ꝛ cōfutati rōnibus a latinis in cōcilio œcumenico florētino celebrato sub Eugenio.4. cuius pedes osculati sunt ꝛ pmiserūt iureiurando de cętero obedire pōtif. Romano, ꝛ credere spiritū sanctū procedere a patre ꝛ filio: nihilominus quāprimū redierūt ad vomitū tāq̄ canes Quare capti fuerūt a turchis ꝛ ille idē imperator paleologus fide fragus trucidatus fuit ab equis ꝛ multitudine turcharuꝫ in introitu portę constātinopolitanę: duꝫ arripuerat fugam. Tertia cōclusio est ista non licet disputare dubitando de fide: ꝛ experiri argumētis veritatē fidei catholicę. Ista cōclusio probatur: quia dubius in fide infidelis est. Quarta cōclusio est ista hęretici sunt cōpellēdi corporalr: vt adimpleāt qđ promiserūt: ista conclusio patet in cap. displicetur. 23.q.4. ꝛ sequētib⁹.ca. vsq̄ ad sextā questionē: patet etiam in cap. de iudeis. 45. distin. patet etiaꝫ autoritate diui Hieronymi in cap. reseeādę.24.n.3. dicētis Resecandę sunt putridę carnes: ꝛ scabiosa ouis a caulis repellenda: ne tota dom⁹ massa corp⁹ ꝛ peccora ardeāt corrūpātur putrescāt intereāt arri⁹ in allexandria vna scintilla fuit sed qꝛ nō statim oppressus est totū orbē eius flāma populata est. Quinta cōclusio est ista paganī iudei ꝛ sarraceni nō sunt minis ꝛ terroꝛib⁹ cogēdi ad fideꝫ catholicā suscipiēdam: ista cōclusio patet autoritate diui Gregorij scribētis paschasio Epo Neapolitano ipam ponentis ꝛ habet in cap. qui syncera intētiōe distin. 45. allegatę inquit eniꝫ q illi qui minis ꝛ terroꝛib⁹ cogūt infideles nō causas dei sed propias agūt: patꝫ etiā autoritate ecclesię in cōcilio toletano ꝛ habet in cap. de iudeis iaꝫ allegato. Ptꝫ pręterea autoritate clemētis.5. in ca. Sicut iudei extra de iudeis ꝛ sarracenis ꝛ diffusi⁹ est probata in scōa.q.4. disti.4. nr̄i ſnap.

¶ Cōtra istas cōclusiōes argr̄ sic nullo mō est disputādum de fide catholica igitur cōclusiones nullę. aſis pbat autoritate Apostoli scōę ad timoth. scōo cap. dicentis Moli cōtēdere vbis. ad nihil cſt vtile est: nisi ad subuersionē audiētiū: sed disputatio cū ifidelib⁹ nequit fieri sine cōtēnōe igit nō est disputādū cū infidelib⁹. Ad hoc argumētū rndet negādo aſis ꝛ ad probationē dico q apostol. solū phibet disputatiōes: q fiūt cūpteruia ꝛ nō alias disputationes. Cōtra istā solutionē argr̄ nō lz disputare de ijs: q semel sunt determinata p sanctā matrē ecclīaꝫ g̃ solutio nulla: aſis pz autoritate Gelasij papę i ca. maiores nr̄i 24.q.1. pmę Ad hanc replicā rndet distinguēdo aſis vel gr̃a exercitij ꝛ sic negat illō nec pbat in isto sensu vl̄ vertēdo in dubiū ꝛ sic pcedit illō ꝛ negat ꝓna.

¶ Scōo argr̄ sic apostoli nūq̄ petierūt a principib⁹ q iserēt vim hęretici ergo hęretici nō sū t cōpellēdi nec ꝛburēdi. Hoc argm̄ē maledicti Lutheri ꝛ nullius est valoris: rō est quia tēpore apostolorum nulli erāt reges aut imperatores christiani. Quare non habebāt a quib⁹ quęrerent: legim⁹ tñ actuū.5. cap. q diu⁹ petrus decidit Ananiam ꝛ zaphiraꝫ vxorem eius pro defraudatiōe pręcij ergo a fortiori licet occidere pro defraudatione fidei catholicę. pariforma legitur in quarto libro ecclesiasticę historię q diu⁹ Joānes euāgelista cuꝫ reperisset in balneis cherinthum hęreticum exilijt: ꝛ dixit socijs suis fugiam⁹ hinc: ne balneę corruant: in quibus est cherinthus inimicus veritatis: similiter habek actuum.19.cap. q combusti sunt libri valētes quinquaginta millia denariorum: ne boni christiani infice rentur per tales libros: ergo a fortiori hęretici sunt comburendi: qui multo facilius possunt inficere bonos christianos: quā libri. pariforma christianissim⁹ constātinus magnus exilio dānauit Arrium ꝛ eius sectatores: pari iure Magnus theodosius eliminauit omnes hęreticos ratione etiam probatur. Nam si fures sunt occidendi solum: quia perturbant rempublicā a fortiori hęretici: qui magis perturbāt rempublicam sunt occidendi ꝛ comburendi. Contra istā solutionē arguitur nos debemus conformare voluntatem nostraꝫ volūtati diuinę: sed domin⁹ deus non vult mortem peccatoris vt habetur Ezechielis.18.cap. ergo nos nō debemus velle mortem hęreticorum. Ad hoc argumentū respōdet Aurel⁹ august. sup Joannē dicēs nos catholici xpiani nolum⁹ aliquē perire: sed nō pōt habere pacē dom⁹ dauid nisi Absalon filius ei⁹ in bello quo rebellauit cōtra patrem sit extinctus. Cōtra istaꝫ solutionēꝫ arguitur autoritate eiusdem Augustini dicētis cętera pōt homo nolens: credere autē non: nisi volēs ergo nullo modo sunt cōpellēdi hęretici. Ad hāc replicā respōdetur q sicut vouere est voluntatis reddere aūt necessitatis: ita etiā credere est volūtatis: sed seruare fidem semel receptā est necessitatis.

¶ Tertio arguit sic Matthei .13. saluator noster prohibet erradicare zizania ꝛ diuus Chrysostom⁹ super ista verba dicit q nō oportet interficere hęreticos: ergo hęretici non sunt cōpellendi. Ad hoc argumentū respondet q saluator noster nō prohibet simpliciter: sed quādo est periculū: ne erradicetur triticuꝫ ꝛ hoc expresse subiungit saluator in cap. allegato pariforma chrysostomus subiūgit: q si oēs hęretici occiderētur: necessariū esset multos sanctos occidi cum illis. Cōtra istaꝫ solutionem arguitur Hieremię.3. ca. ex persona dei dicitur synagoge tu fornicata es cum amatoribus multis tamē reuertere ad me dicit dns ꝛc. ergo hęretici semp sunt recipiendi a catholicis. Ad hanc replicā respōdetur negando ꝓnam ꝛ ratio est: quia dns deus intuet corda hoim ꝛ cognoscit quādo tales hęretici vere cōuertūtur: idcirco semp recipit eos si vere cōuertātur ecclesia tñ nō pōt hoc cognoscere: qꝛ solū iudicat de exteriorib⁹: idcirco si hęreticus iteruꝫ relabak bñ recipit ipꝫ quātū ad absolutionē: nihilomin⁹ tradit eū iudici sęculari: qꝛ ꝑsumit eū nō vere conuersū. Cōtra istā solutionē replicak saluator nr̄ rndēs petro Matth.18.

dicit. Nō dico tibi septies: sz septuagesies septies: ergo toties quoties hereticus reuertitur est recipiēdus. Ad hanc replicā rñdet diuus Hieronymus q̄ saluator loquitur de peccato p̄misso in p̄pria persona z nō de alijs peccatis: potest tñ aliter dici q̄ autoritas intelligitur in foro interiori. s. quo ad absolutionez sacramentalē.

¶ Quarto argr̄ sic auctoritate apostoli. 2. ad timo. 2. cap. dicentis. Seruū dei oportet mansuetū eē cū modestia corripientez eos qui resistunt veritati. neq̄ det illis dō pnitentiā ad cognoscendā veritatē: z resipiscant a laqueis diaboli: sed si heretici cōburantur auferet eis facultas pœnitendi: ergo non sunt cōburendi. Ad hoc argumentuz rñdetur q̄ apostol loquitur ibi de p̄ma correctione z non de alijs. Nā ipsemet ad titū. 3. cap. inquit hoiem post primam z scḋam correctionez deuita. Contra istā solutionē arguitur illud quod est necessariū non est auferendū. sed hereses sūt necessarie iuxta illud apostoli. 11. cap. p̄me ad cor. Oportet hereses esse vt z qui probati sunt manifesti fiant in vobis: ergo heretici non sunt auferendi ab ecclesia. Ad hanc replicā rñdetur distinguendo maiorē vel intelligendo de necessario simpliciter z sic concedit illa z negatur minor. nec ita capit diuus Paulus vel intelligendo de necessario ex suppositiōe: z sic negatur illa. mō hereses non sunt necessarie simplr̄ sed suppositā malitia hoim necessariū ē hereses z scādala oriri.

¶ Decimo querit circa eandez dist. an infideles p̄nt dñari fidelib⁹. Pro hoc. q. solutione est notandū q̄ bifariā possum⁹ loq̄ de dñio vno modo de dñio de nouo instituēdo. Alio mō de dñio iā p̄z existente. Isto notato rñdetur ad. q. per duas p̄clusiones. quaz prima est ista. Ecclesia nō dz p̄mittere q̄ de nouo instituatur aliq̄ dñium infidelitū super fideles. Ista p̄clusio probatur ecclesia tenet vitare scandala que pōt impedire z periculā: sed si permitteret tale dñiuz sequeretur magnū scandalū z magnū periculū xp̄ianoz: ergo ecclesia non debet p̄mittere tale dñiuz infidelitū de nouo instituī super fideles q̄ sequeretur scandalū ptz: q̄z infideles cognoscerent defectus z vitia fidelitū: z sic scandalizarentur z retraherent a susceptione fidei catholice: immo ipsam vilipenderent. Ad hoc sequitur periculū ptz: q̄z multi mali xp̄iani vt haberēt gr̄am taliū dñoz infidelitū relinquerēt fidē catholicā z amplecterentur ritus infidelitū sicut factū est tēpore Juliani apostate. pz etiā p̄clusio autoritate Pauli p̄me ad corin. 6. dicentis. Audet aliq̄s vr̄m habens negociū aduers⁹ alterū iudicari apud iniquos infideles z nō apud sanctos. Scḋa p̄clusio est ista ecclia p̄mittit dñiū p̄z existens infidelitū sup fideles quāuis posset auferre et transferre tale dñium in viros fideles z catholicos. ista p̄clusio ptz quo ad p̄mā partē: q̄z ita factū ē tpe apostoloz z multoz martyz. Scḋa ps patet: q̄z iā in aliquib⁹ ita facit. Nā si seruus alicui⁹ iudei efficiat xp̄ianus: ipso facto est liber z si nō faciat

in omnibus: hoc est ad vitandū scādalū: aut propter aliā rōnabilē causam. Cōtra istas p̄clusiones argr̄ autoritate apo. p̄me ad tim. 6. c. dicēt⁹ q̄cūq̄z sunt subiugo serui dños suos oi honore dignos arbitrent z diuus Petr⁹ in. 2. ca. p̄me canonice inq̄t. serui subditi stote supiozib⁹ vr̄is nō solū bonis: sed z discolis. ergo lz habere dños infideles: z per p̄ns lz de nouo instituere eos. insup multi boni xp̄iani subdebant Neroni z alijs imperatorib⁹. infidelibus. Pariter ma diuus Joseph fuit subdit⁹ pharaoni regi Egipti. ergo de nouo lz instituere dños infideles. Ad hoc argumentū rñdetur q̄ ille autoritates ap̄loz intelligunt de dñis ifidelib⁹. qui iā erant instituti: z non de illis q̄ sunt instituendi de nouo. Eodē mō rñdetur ad rōnez adductā de bonis xp̄ianis z de sancto Joseph.

¶ Scḋo argr̄ sic seq̄retur si nō liceret de nouo instituere dñm infidelē super fideles q̄ nō liceret cōicare cū infidelib⁹. p̄ns est falsuz: ergo p̄clusiones nulle: sequela probatur imminet periculū xp̄ianis si cōmunicēt cū infidelib⁹. ne conuertantur ad ip̄loz ritus: ergo nō licet fidelib⁹ cōmunicare cū infidelib⁹ probat insup autoritate dñi dei dicentis. Deuteronomij. 7. ca. Non inibis fœdus cū eis: nec miſereberis eoz: neq̄ sociabis cū eis cōubia: ergo nō lz cōmunicare cū ifidelib⁹. iā probat falsitas p̄ntis autoritate apost. 1. ad corin. 10. ca. dicentis. Si q̄s vocat vos infideliū ad cenā. z vultis ire: oē q̄d vobis apponit manducate. ptz etiā autoritate diui Joā. chrisostomi super ep̄lam ad hebreos: z habetur in cap. ad mensam. 11. q. 3. dicētis. Ad mensam paganoz si volueris ire sine vlla p̄hibitione permittim⁹ probatur etiā ratione licitū est fidelē habere in seruū infidelē siue iudeū: siue sarracenū: siue paganū. sed non pōt fidelis vti seruo: nisi ei cōicādo saltē verbo: q̄z dñs mouet seruū per imperiū: ergo lz cōicare cū infideli. Ad hoc argumentū rñdetur distinguendo sequelā vel intelligendo de fidelib⁹. qui sunt firmi i fide catholica: z sic negatur illa: z ad p̄bationez nego q̄ imminеat periculū. immo ē apparentia magna q̄ tales boni et firmi xp̄iani p̄uertent alios potius: q̄z ab eis subuertantur. Ad aliā probationē dico q̄ illa autoritas siue p̄hibitio facta est iudeis qui erant debiles in fide z p̄roni ad idolatriā: sī vero intelligatur sequela de illis fidelib⁹ qui sunt debiles z leues cōcedit illa z negatur minor. z ad probationē dico q̄ ille autoritates due solū intelliguntur de fidelib⁹ firmis in fide z nō de alijs. Ad aliā probationē proportionabilr̄ rñdetur q̄ nō est licitū fidelē debilē in fide habere seruū ifidelē qui possit eū subuertere: sed solū licituz est fideli firmo in fide. Contra istā solutionē argr̄ non licet cōmunicare cū hereticis: ergo non licet cōmunicare cū iudeis sarracenis vel paganis. p̄ma tenet: q̄z non videtur potior rō de vnis q̄z de alijs. Ad hanc replicā rñdetur negādo p̄mam z ad probationē negat q̄ non sit potior rō. ꝛc. immo ē magnū discrimen: q̄z heretici sunt excōicati

Universidad de Navarra

r si xpianus participat cū eis extra casus pcessos a iure efficitur excōica r⁹. sed iudei: sarraceni: r pagani nō sunt excōicati. Rimix: ergo si licitū sit cōicare cū eis: r ecclesia nō excōi cat infideles ideo: qz Paulus ꝓme ad cor̄i. 15. inqt nihil ad me de hijs qui foris sunt.

¶ Undecimo queritur circa eā dem distin. Utrū rit⁹ infideliū sint tolerādi in terris xpianoꝝ. Pro hu ius. q. solutione est notandū q humanū regimē deriuatur a diuino re gimine r ipsuz debet imitari. vnde dīs deus quāuis sit oīpotens r infi nite bonus ac infinita sapiētia mul ta: tū vitia r mala permittit in isto mundo que impedire posset ne eis sublatis maiora bona tollerenk: vel etiā peiora mala sequerētur sic etiā in regimine humano illi qui pēsūt licite permittunt vel tollerāt aliqua mala: ne aliqua bona impediantur: gie inquit August. in libro de ordie manis: r oia libidinibus turbabis. Isto notato rñdetur per aliquas cō clusiones: quaꝝ prima est ista. Rit⁹ iudeoꝝ licite tolerari possūt. ista cō clusio probat autoritate psalmiste. psal. 58. dicentis. In persona salua toris nostri deus ostēdit mihi super inimicos meos: ne occidas eos: ne qñ obliuiscantur populi mei vñ est mirabile testimoniū: testimoniū ad uersarioꝝ. mō quādiu viuunt iudei ipsi testantur contra oēs alios q sal uatoꝛ noster crucifixus est ab eis. ap probāt etiā prophetias meditātib⁹ quibus ipsos r oēs alios confundim⁹. Secūda pclusio est ista. Ritus hereti coꝝ nō sunt tollerandi in terris xpia noꝝ: nisi propter maius periculū vi tandū siue malū. Ista pclusio pro batur heretici sunt cōpellendi r com burendi nisi resipiscant vt probatū est in precedentibus questionib⁹: er go non sunt tollerandi. rc. notanꝫ di citur: nisi propter maius malū vitā duz: qz tunc licitū esset ad tēpus tol lerare. Tertia pclusio est ista. Rit⁹ siue sarracenoꝝ: siue iudeoruz: siue paganoꝝ prohibendi sunt ne fiāt al ta voce r in loco publico. Ista pclu sio patet in illa clemētina de iudeis r sarracenis libri quinti que incipit Cedit quidē in offensaz dei. rc. Maz ibi roma. pontif. Clemens in psilio Uiēnensi prohibet tales ritus fieri publice. Quarta pclusio est ista in se creto possunt tales rit⁹ tollerari pro pter maius malū vitandū. Ista cō clusio sequitur ex notabili. Quitacō clusio est ista. Nulli sarraceni aut pa gani siue gentiles sunt tollerandi a pncipib⁹ xpianoꝝ i suis terris. imo tenenk principes xpiani eos expelle re: nisi secrek aliqō ingēs detrimen tum reipu. xpiane ex taliū infideliū expulsione. Ista pclusio probak prin cipes xpiani tenenk impedire pcā primoꝝ si cōmode illud possunt ma xime in suis terris. sed sarraceni et pagani sūt primi nīi: ergo pncipes xpiani tenenk impedire: ne tales in fideles perpetrent peccata in terris suis: r per dīs conclusio vera.

¶ Contra istas conclusones ar guit sic iudei peccāt obseruādo suas

ceremōias: ergo pncipes xpiani tol lerando eos peccāt mortaliꝫ dīa pro bak. tales pncipes xpiani psentiūt pctō mortali: ergo peccant mortaliꝫ. dīa tenet q illō apo. ad rom. 1. Cīm qui talia agūt digni sunt morte. nō solū q ea faciūt: sed etiā q psentiūt facientib⁹: r añs probak pōt impedi re pncipes xpiani r nō impediūt. er go psentiunt pctō vel pctis ipsoꝝ iu deoꝝ. Ad hoc argumentū rñdet ne gando pīam: r ad probationē nega tur añs r ad probationem negatur dīa. ratio est: qz nō tenentur impe dire vult eīm dīs deus q semp sint iudei vsq ad finē mundi: ne obliui scamur sanctis. passionis saluatoris nīi: vt allegatū est ex regio prophe ta in psal. 58. Cōtra istā solutionem argr. nō lz pncipib⁹ xpianis tolera re sarracenos vel paganos in terris suis: ergo nō lz pncipib⁹ xpianis to lerare iudeos: dīa tenet. qz nō videk potioꝛ rō de iudeis: quā de sarrace nis vel paganis. Ad hāc replicā rñ detur negādo pīam: r ad probatio nez negatur q nō sit potioꝛ rō de iu deis: quā de sarracenis: quā de pa ganis. immō est discrimē. Mā rit⁹ r ceremonie iudeoꝝ afferūt magnam vtilitatē eccl'ie: qz reddunt testimo niū legi euangelice. Mā sunt vmbre r figure veritatis euāgelice. i. sacra mentoꝝ ecclie r misterioꝝ passiōis xpi: sed ritus paganoꝝ aut sarrace noꝝ nullā afferunt vtilitatē legi euā gelice. idcirco sarraceni r pagani ex terminandi sunt a terris xpianoꝝ. Cōtra istā solutionē argr iudei blas phemāt publice nomē saluatoris et eiꝰ sanctis. matris: ergo nō sunt tol lerandi. dīa tenet: qz dīs deus pre cepit occidere blasphemos. Ad hāc replicā rñdetur q pncipes xpiani debēt punire tales iudeos blasphe mantes. immo debent ipsos cōbure re: bene tū possunt permittere q ser uent ceremonias suas. Pariforma pncipes xpiani debent cōburere il lum libz̄ū qui vocatur Thalmud: qz in ipso sunt multe blasphemie ꝓtra saluatorē r beatā virginē. Cōtra istā solutionē argr. ritus iudeoꝝ cōpara tur idolatrie: sed idolatre non sunt tollerādi: ergo nec iudei sunt tollerā di. añs pz per glosam super quintū cap. ad galat. Ad hanc replicā rñde tur q lz sit aliqualis similitudo inē tū r ingens est discrimen. ideo dīa est neganda. Contra istā solutionez arguitur. oēs iudei sunt infideles: er go nullo mō sunt tolerandi. dīa pro batur peccatū infidelitatis cē de gra uioꝛibus: r fures: r homicide nō to lerantur: ergo nulli infideles possūt tolerari. Ad hanc replicā rñdetur ne gando pīam. r ad probationē nega tur etiā dīa. Mā nō incōuenit q pec cata minus grauia acerbius puniā tur in isto mundo cū peccata grauio ra: rō est: qz sunt magis ꝓturbatiua reipu. propterea in alemania fures crudelissime puniuntur in quadā ro ta plena nouaculis.

¶ Duodecio r vltio circa istaz dist. queritur an princeps ppt apo stasiā a fide catholica amittit domi nium quod habet in suos subditos. Ad hāc difficultatē rñdetur p duas pclusiones quaꝝ prima est ista prin ceps nō statim amittit dīnium: quod

habet in suos subditos quãdo apostatat a fide catholica. Ista cõclusio patet: quia si resipiscat ante sñiam Romani põtificis habet verum dominiũ z non de nouo adquirit ergo ante habebat. s. anteq̃ resipiceret asis patet de childerico rege Franciç. Secũda cõclusio est ista tunc princeps perdit dominiũ quãdo sententialiter est excomunicatus propter apostasiaz a fide catholica. Ista cõclusio patet in cap. ad abolendã libz quinti extra de hęreticis.

¶ Contra istam vltimã conclusionem arguitur sic Hieroboam et multi reges ysrael z salomon z multi reges tribus iuda fuerunt apostatę a fide z non perdiderũt dominiũ immo fuerunt veri reges ergo conclusio falsa. Ad hoc argumentũ respondetur negando consequẽtiam z ratio est: quia summus sacerdos legis antiquç non habebat potestatẽ priuandi reges sicut habet summꝰ sacerdos legis euangelicę. Contra istam solutionẽ arguitur Julianus apostata fuit imperator verus temporalis legis euangelicę ergo solutio brosij dicentis in cap. Julianus. ii. q. 3. Julianꝰ imperator quãuis esset apostata habuit tamẽ sub se christianos milites: quibus cũ dicebat producite acies pro defensione reipub. obediebant ei igitur princeps non perdit dominiũ in lege euangelica propter apostasiaz a fide catholica Ad hãc replicã rñdetur q summus sacerdos legis euãgelicę non ausus fuit proferre sentẽtiaz cõtra illũ maledictũ Julianũ: ne versus in rabiẽ occidisset oẽs xpianos vel aliquam mirabilem multitudinẽ poterat tamen ipz expoliare ab imperio z priuare: ideo ꝓnia est neganda. nec militat hęc replica contra cõclusionez: quia in cõclusiõe dicitur quãdo sententialiter est excomunicatus. Contra istam solutionẽ arguitur: sequeretur q per quodlibet peccatũ mortale perderetur dominium: ꝓnis est falsum igitur solutio nulla: sequela probatur per quodlz peccatũ mortale homo recedit a deo sicut per apostasiaz ergo per quodlibet peccatum mortale pditur dominiũ. Pro huius replicę solutione est aduertẽdum q multi fuerũt hęretici dicentes q dominiũ fundatur in gr̃a gratum faciẽte ita q ꝫ primũ aliquis labitur in peccatũ mortale amittit dominiũ: sed hoc est hęreticum. Mã dauid multa peccata mortalia perpetrauit nõn tamẽ amisit dominiuz similiter sequeretur q ante incarnationem xpi nulli fuissẽt veri domini nisi filij ysrael: immo sequeretur q nesciremus quis esset rex z imperator. Immo de nobis metipsis nesciremus. An sumus domini alicuius rei: nam nescimus: an sumus in gratia vel in peccato mortali: pdpterea multi talium hęreticorũ fuerunt combusti z determinatum est per sanctam matrẽ ecclesiam q nõ requiritur gr̃a ad hoc q alicꝫ dicat ꝺsi alicui⁹ rei. Isto notato rñdet ad formã replicę negãdo seq̃lã z ad pbationẽ dato asite: negf ꝓnia. rõ ẽ: qz nõ qlibz exis in peccato mortali est sñialiter excomunicatus.

De spe quid sit.

Distinctio. XXVI.



Est autem spes virtꝰ qua spũalia z eterna bona sperãtur. i. cũ fiducia expectant. Est eñ spes certa expectatio future beatitudinis veniens ex dei gr̃a z ex meritis precedentibus vel ipsam spem quam natura preit charitas vel rem sperataz. id est beatitudinem eternaz. Sine meritis eñ aliquid sperare nõ spes sed presumptio dici potest.

De quibus sit spes.

¶ Et sicut fides. Ita z spes est de inuisibilibus. Unde Augus. Fidem apellamus earum rez q̃. non videntur. De spe quoq̃ dicitur. spes q̃ videtur nõ est spes. Quod eñ videt quis quid speret: quod attinet ad non videre vel que creduntur: vel que sperãtur fidei: speiq̃ cõmune est. Distinguitur tamẽ fides a spe sicut vocabulo ita rationabili differẽtia. Est eñ fides malarũ rerũ z bonaruz. qz z bona creduntur z mala. z hoc fide bona non mala. Est etiam fides z preteritarũ rerum z presentiarũ z futurarum. Credimus eñ mortez christi q̃ iam preterijt. credimus sessionez que nunc est. Credimus ventu rũ ad iudicandum qꝫ futurũ est Item fides z suarum rerum est z alienarũ. Nam z se quisq̃ credit esse cepisse nec fuisse vtiq̃ sẽpiternum. Et alia atq̃ alia non modo de alijs hoĩbus multa q̃ ad religionem pertinent verum etiã de angelis credimus. Spes autẽ nõ nisi bonarum rerum est. nec nisi futuraruz z ad eum pertinentium qui earum spem gerere peribentur

Redit ad premissaz questionẽ. s. An fides z spes in christo fuerint.

¶ Post hoc supereſt inuestigari vtrum fides z spes in christo fuerint vñ tractatꝰ iste sumpsit exordium. Quibusdã non indocte videt fidem virtutem z spem in eo nõ fuisse. sicut in sanctis iaz btificatis. vel in angelis nõ sunt z tñ sancti credunt z sperant resurrectionez futurã. z angeli eandẽ credũt nec tamẽ in eis fides vel spes virtus est. qz z deo per speciem contẽplando fruunt. zi dei verbo resurrectiõem futurã siue

indicium: non p speculū in enigmate. sed predarissime inspiciūt Si enī qz credūt resurrectionez futuram. Ideo vez est eos fidē habere. ergo ea consumata post iudiciū similiter z fidē habere dicent qz credēt eaz preteritā. Sz sicut tunc credēt. nec tñ fidē que fideles facit habebūt. qz non credent absqz scientia. q̄ nō erit enigmatica sed per speciē. ita z mō credunt z sperāt resurrectionez. nec tamen fidē habēt qz credendo cognoscūt. Venit enī eis qō perfectū est z euacuatū est qō ex parte est. Venit enī cognitio et euacuata ē fides. Venit species z desijt spes. Ita z xp̄s in quo fuerūt bona patrie credidit quidem z sperauit resurrectionē tertia die futurā. pro q̄ z patrē orauit. nec tamen fidē virtutem vel spem habuit. qz nō enigmaticā z specularē. sz clarissimā de ea cognitionē habuit. qz nō perfecti⁹ eā cognouit preteritā q̄z intellexit futurā. Speraut tñ xp̄s sicut in psalmo ait. In te dñe speraui. nec tamen fidē vel spem virtutem habuit qz per speciē videbat ea q̄ credebat. De antiquis vero patribus qui apō inferos vsqz ad passionē tenebātur non incōgrue dici pōt q̄ fidē z spem virtutē habuerint. qz credebāt z sperabāt se visuros deū per speciez qualiter eū tunc nō videbāt qz non patuit eis cognitio dei p speciem ante passionē xp̄i. Qua cōsummata. a fide trasierunt ad speciem.



Circa vigesimā sextaz distī. queritur Primo vtrū spes sit virtus theologica distincta a fide z charitate. Pro huius. q. intelligēdū est notāduz q̄ spes interdum capitur pro passione appetitus sensitiui. s. pro quodā desyderio rei absentis z conuenientis ipsi appetitui sensitiuo z isto modo capitur a pō in scō ethicoz z boetio in primo de cōsolatione philosophica vbi numerat quattuor passiones. s. gaudiū: dolor: spes: z timor. Alio modo accipitur pro desiderio volūtatis siue fuerit respectu boni tēporalis siue spiritualis. z isto mō capitur a paulo p̄me ad corinth. 9. ca. quādo dicit debet in spe q̄ arat: arare: z qui triturat in spe fructus percipiendi. Tertio mō pro re sperata. s. pro glia eterna z isto modo capitur ab eodē apostolo ad titū. 2. cap. vbi dicit expectātes beatā spez z istis notatis tribus modis nō capit in proposito. Quarto mō accipitur pro volūtatis desyderio: quo desyderatur bonum eternū. s. dñs deus z isto modo capitur in proposito. et summitur adhuc bifariaz. s. pro spe habituali vel pro spe actuali. Et iterum spes habitualis est duplex. scilicet infusa z adquisita. z sicut est magna controuersia inter doctores an sit vnica fides adquisita. ita etiam est magna difficultas an sit ponenda spes adq̄sita z an sit vnica spes adquisita vel plures. sed quia proportionabiliter est dicendum sicut de fide. Ideo breui loquij amore omittit discussio ambaz difficultatū.

¶ Alterius est notandum qō aliqui antiqui doctores dixerūt spē esse quoddam aggregatum ex fide et charitate. Et secundū istos spes non est vnus habitus. sed duo omnino distincti. quorum vnus. scilicet fides est in intellectu z alter. scz charitas est in voluntate. sed ista opinio est expresse contra diuum Paulum prime ad Corinthios. 13. dicentem. Fides: Spes: Charitas. tria hec maior autem horum charitas. Alij vero doctores dixerūt quod actus spei est quidam actus fidei. scilicet habebo beatitudinez ex gratia z meritis Christi: sz ista opinio etiā est contra diuum Paulum in loco allegato. Insuper absurdum est dicere quod ille assensus. scilicet habebo beatitudinem ex gratia et meritis Christi sit assensus fidei. Nam talis assensus in reprobo est falsus et impossibile est fidei subesse falsuz ergo talis assensus in reprobo non est assensus fidei propter ista Guillelmus occā in quodlibetis tenet quod spes est quidam actus qui necessario sequitur ad actum fidei et charitatis. ita quod necessario presupponit actus spei actum fidei: et actum charitatis. sed etiam ista opinio est contra diuum Paulum. Nā tunc super fluum esset ponere habitum spei. Nam habitus fidei z habitus charitatis sufficiēter inclināt ad actum spei. Immo secundū istū doctorem necessario ipsum causant mediantibus suis actibus. insuper hec opinio videtur esse contra experientiam. Nam possibile est habere actum fidei z actum charitatis non habendo actum spei. Preterea sequeretur quod nulla esset bonitas in actu spei: sed tota emanaret ab actu fidei: z actu charitatis. Diuꝰ etiam Bonauentura in presenti distin. videtur etiam ponere duos actꝰ. quorum vnus spectat ad intellectum: z alter ad voluntatem. sed hec opinio etiaz nō est conformis doctrine pauli. Propterea omnes doctores sequuntur diuum Thomam z doctorem subtilem asserentes quod actꝰ spei non est actus fidei: neqz actus charitatis: sed est quidam actꝰ partis concupiscibilis ipsius voluntatis

¶ Istis notatis respondetur p aliquas cōclusiones. quaz prima est ista. spes est virtus. ista cōclusio probatur. spes cōsistit in medio duoz vitioz extremoz. s. inter presumptionē z desperationē: ergo spes est virtus. Secūda cōclusio est ista spes ē virtus theologa. ista conclusio probat habet dñm deū pro principali obiecto. ergo est virtꝰ theologa. Tertia cōclusio est ista. spes est virtꝰ theolo

ga distincta a fide z charitate. Ista conclusio patet ex autoritate pauli allegata in notabili.

seipm est charitas: qz nullius ad seipm est amicitia: sed aliquid maius amicitia sicut intellectus principiorum est aliquid maius scientia: sed in proposito non taliter capitur charitas: sed vt se extendit ad deū z ad quācunqz creaturā rationalē capacē beatitudinis. Cōtra istā solutionem arguitur amare seipm est vituperabile ergo charitas non se extendit ad talem amorē: pīa tenet per apostolū prime ad corinthios. 13. d. charitas nō agit perperā. i. male: z afis probatur autoritate eiusdē pauli scribe ad timoteū. 3. in nouissimis diebo instabūt tēpora periculosa: z erunt homines amantes seipos igitur amare seipsum est vituperabile. Ad hanc replicam rīdetur distinguendo afis: vel amare seipm super oīa: z sic cōceditur illud z negat pīa: rō est qz charitas nō se extēdit ad talez amorem vel amare seipm propter deū z sic negatur afis z ad pbationem dico q paulus non procedit de tali amore: sed solum de amore super omnia.

¶ Secūdo arguitur sic contra eandem cōclusionem corpus nostrū non est diligēdū ex charitate: igitur conclusio falsa: afis probatur illud cui conuiuere nolumus nō est diligēdum ex charitate: sed homines habentes charitatem refugiūt conuictum corporis: igitur corpus non est diligendum ex charitate minor patet autoritate pauli ad romanos. 7. d. quis me liberabit de corpore mortis huius z ad philipēses primo coarto autem duobus desideriū habens dissolui z esse cuz xpo. Ad hoc argumentum respōdetur negando afis z ad probationem distinguitur minor vel quo ad naturaz ipius corpoz z sic negat illa nec probatur in tali sensu vel quo ad corruptionem z penalitates ipi corporis z sic cōceditur illa z negatur pīa vnde sancti nolunt totaliter spoliari: sed supvestiri vt ipemet paul testatur. Cōtra istam solutionem arguitur amicitia charitatī fundatur sup cōmuni catione diuine fruitionis: sed corp non est capax diuine fruitionis igit corpus non est diligendum ex charitate: insuper charitas est quedam amicitia ad eos q re amare possunt sed corpus non potest reamare: ergo corpus non est diligēduz ex charitate. Ad hanc replicā respōdetur q quāuis corpus non sit capax diuine fruitionis est tamē capax effect diuine fruitionis: vt dictum est in notabilibus z satis est q aīa ex qua informatur possit reamare. Contra istam solutionez arguitur sequeretur: q creature irrationales essent diligende ex charitate: cōsequēs est falsum igitur sequela probatur creature irrationales magis conueniūt nobiscū cp corpa nra: ergo creature irrationales sunt diligende ex charitate. Pro huius replice solutione est aduertēduz q aliqui heretici voluerunt dicere q nō possum occidere creaturas irrationales: sed hoc ē manifeste hereticū z cōtra illud dñi dei. d. genesis. 9. cap. hoc: omne qō mouetur z viuit erit vobis in escam quasi olera viuentia tradidi vobis omnia. Ideo respondetur aliter

ad replicam negando sequelam: z ad probationem negatur consequētia z ratio est quia creature irrationales non sunt capaces beatitudinis: neqz formaliter: neqz participatiue.

¶ Tertio arguitur sic sequitur q demones z dampnati erunt diligendi ex charitate: consequens est falsum igitur sequela probatur angeli boni sunt a nobis diligendi ex charitate ergo z demões: consequētia probatur quia multi demones sunt eiusdem speciei cum angelis bonis. Ad hoc argumentū respondetur negando sequelam: z ad probationem negatur consequentia: ratio est quia quāuis angeli z demones sint eiusdem speciei: tamen demones non sunt capaces beatitudinis eterne secundum legem dei ordinatam: idcirco non possumus diligere demones aut animas dampnatas ex charitate. Contra istam solutionem arguitur sequeretur q reprobi non erunt diligendi ex charitate: consequens est falsum igitur sequela probatur reprobi erūt dampnati: ergo non sunt diligendi ex charitate. Jaz probatur falsitas cōsequentis sequeretur q nulli essent diligendi ex charitate: consequens est absurdum igitur: sequela probatur non possum cognoscere qui sunt reprobi vel predestinati: ergo nullos debemus diligere ex charitate. Ad hanc replicam respondetur negando sequelam: z ad probationem negatur cōsequētia: nam semper debemus diligere. Immo bene sperarare de aliquo quamdiu viuit postcp non scimus voluntatez dei. Contra istam solutionem arguitur posito quod deus reuelet alicui christiano de socio suo quod est reprobus: tunc sequeretur quod talis Christianus cui facta esset talis reuelatio non posset diligere sociuz suum ex charitate: consequens est falsum: igitur sequela probatur: talis Christianus scit certitudinaliter quod alter erit damptus: ergo non debet eum diligere ad gloriam eternam. Ad hanc replicam respondetur concedendo sequelam. Immo vt habetur in primo regum. Dominus deus prohibuit Samueli orare pro Saule rege. Ideo quia reuelauerat ipsi quod proiecerat euz a facie sua. Similiter prohibuit hieremie orare pro populo iudeoz propter eandem causam.

¶ Quarto arguitur: sic demones sunt diligendi ex charitate: igitur conclusio falsa: antecedens probatur demones: teste Aurelio Augustino in decimo libro de ciuitate dei temptando nos coronas nobis fabricant: ergo demones nobis impendunt officium: z per consequēs: demones sunt proximi: z vltra sequitur quod sunt diligendi ex charitate. Ad hoc argumentum respondetur negando antecedens: et ad probationem distinguo: quod demones temptando nos fabricent nobis coronam vel directe z ex intensione ipsoz z sic negatur nec ita intendit Aurelius augustinus: vel indirecte: z sic conceditur illud z nega

tur ꝓxia semper procedendo directe in ꝓxte. Et si arguas demō indirecte nobis impendit aliqd officium: ergo est proximus: z per ꝓxis diligēdus. Ad hoc negatur ꝓxia: nā adhoc q aliquis dicatur proximus noster oportet q ꝺirecte impendat nobis aliquod officiū misericoꝛdie: vel qꝺ nos ipsi impendamus z hoc est conformiter ad illud quod. ꝺ. Augustinus in primo libro de doctrina xpiana. s. q ille cui prebēdū a nobis est. vel a quo nobis prebēdū est officiuz mie recte proxim⁹ dicitur. Ex istis sequit q qlibet angel⁹ bon⁹ est proximus noster: qz licet nos nō impēdamus angelis bonis officiuz mie. ipsi tñ multa nobis officia mie prebent. Sequit scꝺo q qlibet hō siue xpianus siue iudeus siue sarracen⁹ siue idolatra est proximus noster patet: quia cuilibet homini in hac vita est prebendum a nobis officiuz misericoꝛdie.

¶ Quinto arguitur sic xpiani peccatoꝛes non sunt ex charitate diligendi: igitur conclusio falsa: aſis ꝓbat autoꝛitate psalmiste. ꝺ. psalmo. 18. inimīcos odio habui: ergo pctoꝛes odio sūt habēdi. Ad hoc argumenti solutiōe est cōsideranda. s. natura z vicium siue peccatū: quo ad naturā peccatoꝛes sunt diligendi: qz sunt hoīes sicut z nos: quo ad vicium siue peccatū. i. inquātū sunt peccatoꝛes odio sunt habēdi. Ista notato rñdetur distinguēdo aſis vel ea rōne qua sunt hoīes: z sic negatur illud nec probat in isto sensu vel ea rōne qua sunt peccatōres: z sic conceditur illud z negat ꝓxia. Cōtra istā solutionē arguitur debemus desiderare q peccatoꝛes damnentur. ergo nullo mō debem⁹ eos diligere ex charitate: aſis probatur. Dauid habebat tale desiderium. naz dicebat conuertantur peccatoꝛes in infernū: ergo nos debemus habere simile desiderium cū psalmista. Ad hanc replicā rñdetur negando aſis: z ad probationē ꝺico q illa loquutio psalmiste non est desideriuz: sed est loquutio cōminatoꝛia: z ita proportionabiliter est dicendū ad similes autoꝛitates. Contra istā solutionez arguitur teste pho in. 8. ethicoꝝ primū est amicoꝝ conuiuere: sed non debemus habitare cū peccatoꝛibus ergo non debemus habere ad eos amicitiā charitatis: minoꝛ patet autoꝛitate apostoli iubētis corinthijs. 2. ad corint. 6. ca. recedite de medio eoꝝ. s. peccatoꝝ. Ad hanc replicā respondetur distinguendo mi. vel deꝺ xpianis debilibus in fide. z sic conceditur illa: z de talib⁹ loquitur aplis loco allegato: vel de illis qui sūt fortiores in fide z sic negatur: nec de talibus loquitur apostolus. immo bonum est q fortes in fide habitēt cuz peccatoꝛibus vt ipsos conuertāt ad dñm deū. Contra istā solutionē arguitur: charitas facit amicos de eisdem gaudere: sed sancti z peccatoꝛes non gaudent de eisdē. ergo non est amicitia charitatis ad peccatoꝛes. Ad hanc replicā rñdetur q licz non gaudeant de oībus iustis: z peccatoꝛes tñ iusti volunt z desiderant immo laboꝛant vt de eisdē gaudeāt

t hoc sufficit ad hoc qꝺ sit amicitia charitatis inter eos. Cōtra istā solutionē arguitur nos debemus imitari dñm deū: sed dñs deꝰ nullo mō diligit peccatoꝛes: ergo nos nullo modo debem⁹ eos diligere: minoꝛ probatur. Dñs deus precipit q occidantur vt habetur exodi. 22. capi. ꝺ. ex⁹ ibi expresse malificos non patieris viuere. igit deus non diligit eos Ad hanc replicā rñdet negando minoꝛem: intelligendo quo ad naturā: z ad probationē negat ꝓxia. immo rex vel iuꝺex iubēdo tales occidi ipsos diligit. nam conuertentur vel si sint obstinati nō perpetrabunt amplius mala rōne quoꝝ punirentur acriꝰ in inferno. Cōtra istā solutionem arguitur sequeretur: q peccatoꝛes non diligerēt seipsos: ꝓxis est falsum: igitur sequela probatur autoꝛitate psalmiste. ꝺ. qui diligit iniquitatem odit aiam suā: iam probatur falsitas ꝓxtis illud qꝺ est principium peccati maxime inuenitur in peccatoꝛibus: sed amoꝛ sui est principium peccati. immo scōm Augu. facit ciuitatē Babilonis siue diaboli: igitur peccatoꝛes diligunt seipsos. Ad hanc replicā rñdetur distinguēdo sequelā vel carnaliter: z sic negatur illa: nec ꝓbatur in isto sensu. immo maxime peccatoꝛes diligunt se ipsos carnaliter vel spiritualiter et charitatiue. z sic conceditur illa: z negatur mi. nec probatur de tali amoꝛe spirituali z charitatiuo: sed bene de carnali z freno. Et si arguas peccatū non tollit naturā: sed naturale est vnicuiq ꝺiligere seipsum: ergo peccatoꝛes diligunt seipsos. Ad hoc rñdetur q lz peccatum nō tollit naturam peruertit tñ eā nimiz. ergo si peccatoꝛ non diligat seipsum spiritualiter z charitatiue. Circa istam questionē ꝺubitatur. An charitas sit diligenda ex charitate. Pro huius ꝺubij solutione est aduertendū qꝺ ꝺuplex est charitas. s. increata q est ꝺñs deus: z alia est creata. s. infusa: vel acquisita z habitualis: vel actualis si intelligatur ꝺubiū de charitate increata non est ꝺubiuz qui sit talis charitas ꝺiligēꝺa ex charitate: si vero intelligatur ꝺubiuz de charitate creata proꝓxie non est ꝺiligenda ex charitate. Nā nullū bonū eternū volumus ipsi charitati create. Sed bene volumus q ipsa charitas creata habeatur a proximo. Et isto modo etiam volumus quod proximus habeat creaturas irrationales z bona temporalia.

¶ Queritur secundo circa eandem distinctionē. An ꝺilectio ꝺei sit melioꝛ ꝺilectione proximi. Pro huius questionis intelligentia est notādum q potest fieri ꝓparatio: vt seoꝛsum consideretur. vtraq; ꝺilectio: et potest etiā fieri comparatio capiendo ꝺilectionē ꝺei seoꝛsum ex vno latere: z ex altero latere ꝺilectionē proximi coniunctim cū ꝺilectione ꝺei. ita q capiatur ꝺilectio proximi propter deū. Isto notato ponuntur. 2. cōclusiones: quaꝝ prima est ista ꝺilectio ꝺei est melioꝛ ꝺilectione proximi seoꝛsum sumpta z separata a ꝺilectione ꝺei. Ista cōclusio probatur obiectū ꝺilectiōis ꝺei ē in infinitū nobiliꝰ obiecto alteriꝰ. Imo nō pōt ꝺilectio pro

ximi esse bona: nisi in ordine ad dilectionē dei: igitur conclusio vera. Secunda conclusio est ista dilectio proximi propter deū est melior dilectione dei seorsum sumpta: ista cōclusio patet: qr charitas perfecta extēdit se ad dilectionē proximi.

¶ Contra istam vltimā conclusionē arguitur sic illud est melius q̄ apostolus magis elegit: sed apostolus magis elegit dilectionē proximi seorsum quā dilectionē dei: igitur dilectio proximi seorsum sumpta est melior dilectione dei: mi. patet auctoritate ipsi⁹ apostoli ad romanos. 9. d. optabā anathema esse a xp̄o pro fratribus meis. ergo apostolus preferebat dilectionē proximi. s. fratrum dilectiōi dei. Ad hoc argumentū respondetur negando minorē: ad probationē negatur ꝓsia. Nā Paulus solū volebat ad tēpus priuari visione diuina: vt lucrifaceret ffes suos iudeos: & in hoc diligebat deū. nam tale desideriū habebat propter honorem dei. Contra istā solutionem arguitur: diligere amicū est minus quā diligere inimicū: sed deꝰ est maximus amicus noster. ergo diligere deū est minꝰ quā diligere proximū. Ad hanc replicaz rñdetur negando ꝓsiam: & rō est. qr oīs operatio virtuosa habet laudabilitatem a dilectione dei si debeat esse meritoria. Et si adhuc arguas facilius est diligere deum quam proximum. ergo diligere deum est minus quā diligere proximum: negatur etiam. cō sequentia propter excellētiā obiecti scilicet domini dei.

De ordine diligēdi quid prius quid posterius.

Distinctio. XXIX.



Est predicta ō ordie charitatis agēduz est. qr dicit spō sa. Introduxit me rex in cellā vinariam. & ordinauit in me charitatem. Videamus ergo ordinez quid prius: quid posterius esse debeat. Peccat eīn q̄ preposterе agit. Nam scire quid facias & nescire ordinem faciendi. non est pfecte cognitionis. Ordinis nā q̄ ignorantia conturbat meritorum formā. Ordinem aūt diligendi Augus. insinuat dicens. Ipse est qui ordinataz habet dilectionem. ne aut diligat qō non est diligendū. aut nō diligat qō diligendum est. aut eque diligat qō minus vel amplius diligēdū est aut minꝰ vel amplꝰ quod eq̄ diligendū est. Omnis peccator inquantū peccator est. nō est diligendus. & oīs homo inquantū est homo diligendus est propt deum. Deus vero propter seipsum. & deus propter se omni homine amplius diligendus est. & amplius quisq̄ debet deū diligere q̄ seipsum. Item amplius alius homo diligendus est q̄ corpus nr̄m. qr propter deū omnia ista diligenda sunt. & potest nobiscum deo homo perfrui. qō nō potest corpus. qr corpus p̄ animā viuit qua fruimur deo. Audisti aliqua de ordine charitatis vbi expressum est nos amplius debere diligere deū q̄ omnes homines vel nosipsos. & amplius animā alicuius hois q̄ corpus nr̄m. In enumeratiōe etiā quatuor diligendorū superius posita: prius ponitur qō supra nos est. Secūdo quod nos sumus. Tertio qō iuxta nos est. Quarto quod infra nos est. vbi ordo diligendi insinuari videt ex rōne numerationis. Non est aūt aptum vt q̄ oēs homies pariter diligere debeamus & tantum quā tum nos vel minus.

An omnes homines pariter diligendi sunt.

¶ Unde etiam super hoc sepe mouet questio quam perplexaz faciunt sctōrum verba varie prolata. Quidam eīn tradere videntur q̄ pari affectu oēs diligendi sint. sed in effectu. i. in exhibitiōe obsequij distinctio obseruanda sit. Vñ Augus. Omnes hoies eque diligendi sunt. Sed cū oibus prodesse nō possis his potissimuz cōsulendū est. qui p̄ loco rum & tēporū vel quarūlibet rerū oportunitatibus cōstricti⁹ tibi quasi quadā sorte iunguntur. Pro sorte eīn habendū est quoquisq̄ tibi temporaliter colligatus adheret ex quo legis potius illi dandū esse. Idem sup eplam ad Gal. Operemur bonū ad oēs. maxime aūt ad domesticos fidei id est ad christianos. Oibus eīn pari dilectione vita eterna optāda est. & si non oībus eadem pñt exhiberi dilectionis officia q̄ fratribus maxime sunt exhibenda. qr sunt inuicem mēbra qui hñt eundē patrem. His alijsq̄ testimonijs innituntꝰ qui dicunt oēs hoies pariter diligēdos esse charitatis affectu. sed in operis exhibitione differentiam.

Quē his repugnare videt.

¶ Quibus obuiat illud preceptum legis de diligendis parentib⁹. Honora patrem tuū & matrem vt sis longeuus super terrā Ut quid eīn specialiter illis preciperet de parentib⁹ nisi maiori dilectione forēt diligēdi. Sed hoc illi referendum dicūt ad exterio

rem exhibitionē. in qua prepo-
nendi sunt parentes. Unde ho-
nora dixit nō dilige. Obuiat eti
am illud qđ Hieron⁹. su⁹ Eze
chielem ait. s. vt ordine charitat
sicut scriptum est. Ordinauit in
me charitatez. Post oīm patrē
deūcarnis quoq⁹ pr̄ diligat. tma
ter t filius. t filia frater t soror.
Ambro. quoq⁹ diligendi exprī
mens ordinem super illud can
ticoꝝ capitulo primo. Ordina
uit in me charitatē ait. Multoꝝ
charitas in ordinata est qđ in p̄
mo est ponūt tertiū vel quartū.
Primo deus diligend⁹ est. secō
parentes. inde filij post domesti
ci qui si boni sunt. malis filijs p̄
ponēdi sunt. Scōm hoc in euā
gelio ad cuiuscz dilectionez. pro
prīū ponit. Diliges dñm deum
tuū ex toto corde tuo t ex oībus
viribus tuis. Et proximū tuū si
cut teipsum. t inimicos non ex
tota virtute. non sicut te ipsum:
sed simpliciter. sufficit em̄ q⁹ dili
gimus t nō odio habemus. Ec
ce ex premissis aperte insinuatur
que in affectu charitatis distin
ctio sit habēda. vt differenti affe
ctu nō pari hoies diligamus. t
añ oia deū. secōo nosipos tertio
parentes. inde filios t fratres.
post domesticos. demum inimi
cos diligamus. Sed inquiunt
illi q̄ de ordine dilectionis vt su
pra dicuntur esse referenda ad o
perū exhibitionē. que deferēter
proximis exhibenda sunt. Pri
mo parentibus. inde filijs. post
domesticis. demū inimicis. Be
um vero tam affectu cz obsequij
exhibitione. ante oīa diligendū.

Nō aliqui eorūdem tantuz proximos quantum nos debere diligere tradunt.

Quorū etiam non nulli tra
dūt affectu charitatis tm̄ proxi
mos esse diligēdos quantū nos
ipsos diligimus. Quod confir
mant autoritate Augus⁹. qui ait
Nec illa tā questio moueat. quā
tum charitatis fratri debeamus
impendere quantū deo. Incom
parabiliter pl⁹ deo cz nobis. fra
tri vero quantū nobis. Nos au
tem tantomagis diligim⁹: quā
tomagis diligimus deū. Ex hoc
t ex premissis testimonijs Au
gus⁹. asserūt oīnes hoīes pariter
esse diligendos a nobis. t tantū
quantū nos. deū aūt plusz nos
corpus vero nostrum minus cz
nos vel proximos. Nec in enu
meratiōe premissa quattuoꝝ dili
gendoꝝ ordinem diligēdi assig
nari dicūt. sed tm̄ q̄ sūt diligēda.

Scōm alios non pari affectu oēs diligendi sunt.

Verū qz premissa verba Am
brosij ordinem diligendi scōm af
fectum magis cz scōm effectum
diligenter intuentibus explica
re videntur nō indocte alij dicūt
nō modo in exhibitione operis.
sed etiaz in affectu charitatis or
dinē differentē esse statutum. vt
ante oīnia diligamus deū. scōo
nos. tertio parentes. quarto fili
os vel fratres. t huiusmodi. po
stea domesticos. demū inimicos
Q vero Augusti. dicit pariter
oēs esse diligendos. t pari dile
ctione omnib⁹ vitam optandā.
ita accipi potest vt paritas non
ad effectum referat. sed ad bonū
qđ eis optatur. qz charitatē om
nibus optare debem⁹ vt paria
bona mereant. Sic apl⁹ dicit.
Volo oēs homines eē sicut me.
Optāda est em̄ minoribus per
fecto maiorū vt ipsi fiant perfe
cti. t sic parē mereant beatitudi
nē vel pari dilectione. i. eadez di
lectiōe oīnes diligendi sunt. Itē
qđ ait. vt tantū diligamus fra
tres quantū nos. ita intelligi po
test. i. ad tantū bonū diligamus
frēs ad quantū nos. vt tantum
bonū eis optemus in eternitate
quantū nobis. t si non tanto af
fectu. Vel ibi cz tum similitudi
nis est. non cz tatis.

Questio de parentibus bonis t malis.

Solet etiā queri si parentes
nr̄i mali sint. vel filij vel fratres.
An magis vel minus diligendi
sint alijs bonis. hac rōne nobis
nō copulat. Nā qz magis sunt
diligēdi boni. q̄ nobis carne non
sunt coniuncti cz mali carne cō
iuncti: qz nobis sunt coniuncti
corde. glutino charitatis. San
ctio: est em̄ copula cordiū cz cor
porū. Vñ Beda. de illis verbis
dñi. Mater mea t fratres mei hi
sunt q̄ verbum dei faciūt. ait. Nō
iniurioſe negligit matrē. nec ma
ter negatur que etiā de cruce co
gnoscit. sed religiosiores monē
strantur copule mentiū cz cor
porū. Verūtamen latebrosa q̄
stio est hec. nec a nobis plene ab
soluenda. pperantibus ad alia.
Mouemur ei super verbis illis
q̄bus inimicos non ex tota vir
tute. nō sicut teipsum iubet dili
gere. sz simplr. Sufficit enim q⁹
diligimus t non odio habem⁹.
Qđ non ita accipiendū est qua
si sufficiat tibi diligere inimicum
t nō tibi teipm. qz oēs t amicos

et inimicos sicut teipm diligere debes. Sed ad ostendēdū gradus diligēdi deum ⁊ ꝓximū. ⁊ inimicū q̄ tñ ꝓximus est. qz dñs ponit cū ait. Diliges deū ex tota virtute tua ⁊ ꝓximū sicut teipm. Non ait ex tota virtute vt oñdat ꝓximū diligendū minus q̄ deū. Dicit etiam diligite inimicos. nec addit ex tota virtute nec sicut teipm sz simplr. Sufficit enī q̄ diligim⁹ ⁊ nō odio habem⁹. id est sufficit dicere vt diligamus ⁊ non odio habeamus. non q̄n eos diligere debeam⁹ sicut nos. qz ꝓximi sunt. sz sufficit si eos min⁹ diligim⁹ q̄ alios ꝓximos. qđ dilectiōis gen⁹ innuit.

Questio Augus. libro retractationum.

Queri etiā solet cur dñs preceperit diligere inimicos. cuz alibi ꝑcipiat odio habere parentes et filios? Ad qđ dicēdū est duo esse diligēda in homine. naturaz ⁊ virtutē. vitium vo ⁊ pctm̄ odiendū. Et parētes ergo inq̄tum mali sunt odiendi sunt. ⁊ inimici diligendi inq̄tū hoīes. Diligam⁹ ergo inimicos lucrandos in regno dei ⁊ odiamus ꝓpiquos si impediunt nos a regno dei et in omnibus cōmuniter naturaz diligamus. quam deus fecit.

De gradib⁹ charitatis.

Sciendū quoq̄ est diuersos esse gradus charitatis. Est enīz charitas incipiens. ꝓficiens ꝓfecta perfectissima. Ait Augus. Perfecta charitas hec ē vt quis paratus sit ꝓ fratribus etiā mori. Sed nūq̄d mox vt nascit iam prorsus ꝓfecta est. imo vt ꝓficiatur nascit. cū fuerit nata nutrit. cū fuerit nutrita roborat. cū fuerit roborata ꝓficit. cuz ad perfectionē venerit dicit. cupio dissolui. ⁊c. Hic aperte ꝓgressus ⁊ ꝓfectio charitatis insinuat. Quā ꝓfectionē etiā veritas commendat dicēs. Maiorē hac dilectionē nemo hz q̄ vt aiam suam ponit q̄s ꝓ amicis suis. Qđ vtiq̄ dictū ē ope dilectionis. qz maior dilectiōis effect⁹ non ē. q̄ ponere aiam ꝓ alijs. Nec te moueat qđ ait ꝓ amicis. q̄ enī ponit aiaz pro amicis. ponit ⁊ pro inimicis ad hoc ipsi fiant amici.



Irca vigesimānonā distinctionem quer̄itur: an in charitate sit ponēdus aliquis ordo diligendoruz. Prō huius questionis intelligētia est ad

uertendum q̄ ordo in presenti questione nō importat prioritatē tēporis sed ꝓfectionis: pōt tamen talis perfectio bifariam cōsiderari. s. quantum ad quātitatem affectus: ⁊ stabilitatem: ⁊ quātum ad quātitatē siue magnitudinem voliti: ⁊ ista duo nō necessario se cōsequūtur: pōt enī aliquis actu multū firmo ⁊ feruēti velle alicui impendere modicū bonum qualia sūt bona corporis ⁊ fortune quę scōm beatū Augustinū sunt minima: potest etiā aliquis affectu debili ⁊ non feruēti velle alicui maxia bona. s. gram ⁊ gloriā eternā. Isto notato rñdetur ꝓ aliquas ꝓclusiōes quarū Prima est ista de necessitate salutis ordo charitatis est seruād⁹ ista cōclusio ꝓbatur diuus Ambrosius inquit super illud cāticoz ꝓrio ordinauit in me charitatem q̄ multoz̄um charitas est in ordinata: nam q̄ in ꝓrio est ponūt tertio vel quarto loco. Primo enim deus est diligēdus scōo parentes inde filij post domestici q̄ si sint boni malis filijs sunt preponēdi: sed oīs charitas inordinata est fugiēda de necessitate salutis: ergo ordo charitatis de necessitate est seruād⁹ ⁊ ꝓ ꝓclusio vera. Scōa cōclusio est ista deus aīa oīa est diligēdus ista cōclusio probatur in ordine diligēdoruz dñs deus est quoddā primū ⁊ principale: imo oīa alia propter ipm sunt diligēda: nam dilectio ipsius est metrum et mensura respectu oīm aliozuz: igit dñs deus aīa oīa est diligend⁹. Tertia cōclusio est ista dñs deus est diligēdus magis q̄ ꝓximus ista cōclusio ꝓbatur in casu oīa sunt odio habenda propter deū: iuxta illud saluatoris luce. 14. si quis venit ad me ⁊ non odit patrē ⁊ matrē ⁊ vxorez ⁊ filios ⁊ fratres ⁊ sorores nō potest meus esse discipulus: ergo dom⁹ deus magis est diligendus q̄ ꝓximus. Quarta cōclusio est ista: quilibet homo ex charitate tenet diligere magis deū q̄ seipm: ista cōclusio probatur quilibz hō tenetur diligere seipm propter deū: ⁊ teste philosopho propter vnūquodq̄ tale: ⁊ illud magis: ergo qlibet hō magis debet diligere deū q̄ seipm. Quinta cōclusio est ista: quilibet homo tenetur plus diligere seipsum quam ꝓximū: ista cōclusio probatur leui tici. 19. ⁊ matthei. 22. habet diliges ꝓximū tuū sicut teipm ergo dilectio sui ipsius est exemplar dilectiōis ꝓximi: sed omne exēplar potio⁹ est quā exēplatū ergo quilibet hō magis tenetur diligere seipm q̄ ꝓximum. Sexta cōclusio est ista: quilibet hō ex charitate magis tenet diligere ꝓximū q̄ corpus ꝓprium: ista cōclusio probatur expressa auctoritate augustini ipam ponētis in ꝓmo libro de doctrina xp̄iana: probatur etiā rōne quilibet homo in casu tenetur exponere corpus suum pro ꝓximo pro saluatione ꝓximi: igitur conclusio vera.

Contra primā cōclusionem argr̄ sic in alijs virtutib⁹ a charitate nō est ponēd⁹ ordo: ḡ nec i charitate est ponēd⁹ ordo: ꝓña tenet qz nō videtur potior rō de fide q̄ de charitate: maxime qz etiam fides habet deum pro obiecto: similiter ⁊ spes

Ad hoc argumentū rñdetur negando aīs. imo ponēd⁹ est ordo in fide. nā prius optz credere in deū: z deīn de alia que cōsernunt fidē catholicā vt egregie deducit Paulus in epistola ad hebreos. ¶Cōtra istā solutionem arguitur ordinare: ptinet ad intellectū ergo non est ponēd⁹ ordo in charitate: pīa tenet: qz charitas subiectatur in voluntate: z non in intellectu. Ad hanc replicā rñdetur negando pīam. sed bene infertur q charitatis non est ordinare sed bene ordinari: ideō Salomon cantico. primo dixit ordinauit in me charitatē: z per pīs charitas habet ordinem.

¶Contra tertiā conclusionem arguitur sic ecclesiastici. 13. oīe animal diligit sibi simile: sed proxim⁹ est nobis magis similis q̄ deus: ergo magis tenemur diligere proximū quā deū. Ad hoc argumentū rñdet negando pīam: z rō est qm pīs de⁹ causa est similitudinis q̄ est iter nos z proximū. ¶Contra istā solutionem arguitur autoritate Joānis in quarto cap. prime canonice. d. qui nō diligit fratrē suū quē videt: deū quē nō videt quomō potest diligere: ergo illud qō est magis visibile est magis diligibile: sed proximus est magis visibilis q̄ deus: ergo proximus est magis diligendus q̄ pīs deus. Ad hanc replicā rñdetur negando pīaz primā: sz bene infertur q illud q est magis visibile diligit pr⁹ proprietate tēporis: z hec est intentio Joānis in loco allegato. ¶Contra quintā conclusionē argī sic in locis allegatis p ſ. cōclusionis pbatiōe habetur q deus nō vult nos diligere proximū sicut nos ipsos: ergo nō debem⁹ diligere nos ipsos magis quā proximū. Ad hoc argumentū rñdetur negando pīaz rō est: qz pīs deus nihil aliud intendit p illud preceptū nisi q diligam⁹ proximū ad idē bonū. ſ. ad beatitudinē. ¶Cōtra istā solutionē argī teste ap'lo. 1. ad cor. 13. charitas non emulatur nō q̄rit q̄ sua sūt: ergo nō inclinat nos ad diligendū nos ipsos magis quā proximū. Ad hāc replicā rñdetur negando pīam. nā ex hoc q̄ ego diligā magis me ipsuz q̄ proximū nō sequitur q charitas mea sit emula siue inuida: nec sequit' q querat' q̄ sua sunt ad intentionē Pauli. Cōtra istā solutionē argī inqrendo noduz huj⁹ difficultatis sequeretur quod si diligerē proximuz sicut meipsum quod ego peccarem: consequens est falsum: igitur falsitas cōsequentis probat: posito casu quod ego velim proximū meū habere tā taz beatitudinē quātā volo mihi nō pecco: igitur licite possum diligere tantum proximum sicut meipsum. Ad hanc replicam respondetur distinguendo sequelam vel ly tantum dicit quantitatem voliti z sic negatur illa: vel ly tantum. d. firmitatez z apresiationem: z sic concedit illa z negat minor: nec pbat in isto sensu vnde si ego deberē relinquere dilectionem mei vel primi poti⁹ deberē relinquere dilectionem proximi q̄ mei: quia magis sum obligatus a dño deo ad conseruandam salutem spiritualem meam quā ad conseruandam salutem proximi: z inde est q aurelius Augustinus dixit q nemo potest mentiri pro saluatione totius mūdi z elicitur ex illa autoritate pauli ad romanos. 3. ſ. nō sunt facienda mala vt inde eueniāt bona.

¶Contra sextā cōclusionē arguitur sic magis debemus diligere aiam nīam q̄ aiaz proximi: sed corpus proprīū est ppinqui⁹ aīe nr̄e q̄ proximus: ergo magis debem⁹ diligere corp⁹ proprīū quā proximū. Ad hoc argumētum rñdetur negando pīam: z ratio est qz proxim⁹ nr̄ est capax beatitudinis essentialis. ſ. visionis z fruitionis diuine: nō autē corpus nostrū. ¶Contra istā solutionem arguit sēq̄retur q deberemus diligere magis corp⁹ proximi quā corpus proprīū pīs est falsum igit sequela probatur magis debemus diligere proximū quā corpus proprīū z in proprio includit corp⁹ proximi: ergo magis debem⁹ diligere corpus proximi quā corp⁹ nostruz. Ad hanc replicā rñdetur negādo: sequelā: z ad probationē negat pīa: ratio est qz tota rō quare debem⁹ diligere magis proximū quā corpus proprīū est propter aiaz proximi: z non propter corpus eius: z ideo nō sequitur q debeamus diligere corp⁹ proximi tm̄: sicut corp⁹ proprīū. ¶Contra istā solutionē arguitur sēq̄retur q deberem⁹ ponere vitā pro salute proximi: pīs est falsuz igitur falsitas pīis probat ponere vitaz pro salute proximi est op⁹ supererrogationis: z ad op⁹ supererrogationis siue cōsilij non obligamur: ergo nō tenemur ponere vitā p salute primi Ad hāc replicā rñdetur cōcedēdo sequelā in aliquo casu: nam aliquādo est op⁹ p̄cepti: vt patet de bono rectore vel ēpo q tēpore pestifero teneī ministrare sacramēta suis ouibus: z negatur minor z ad probatiōnē cōcedo q aliqñ est opus supererrogationis z tunc non obligamur: sed interdū est de precepto z tunc bene obligamur.

¶Circa eandem distinctionem querit scōs an ex charitate oēs proximi sunt eq̄liter diligēdi. Pro huius questionis enodatiōe ast aduertendum q proxim⁹ ita describit aurelio augustino in p̄mo de doctrina xp̄iana. Proximus est ille a quo prebēduz est officiū miē vel cui prebēdū est officiū misericordie prima particula pōitur ad cōprehēdendū angelos: nā lz nō prebeam⁹ eis officia mie: ipi tñ prebēt nobis. Scōa particula ponit ad cōprehēdenduz boies viatores z aīas existentes in purgatorio vnico tñ v̄bo pōt diffiniri sic. Proxim⁹ est creatura rōnalis capax beatitudis scōz legē dei ordinatā: vltima particula ponit ad excludēduz demones z dāpnatos: qui licet sint capaces simplr beatitudinis non tñ scōm legē dei ordinataz. Alteri⁹ est aduertēdū q duplex est velle. ſ. velle cōplacētie z velle desiderij velle complacētie est respectu boni iam habiti verbi gra: velle quo volum⁹ gl'osaz virginē exaltari super choros angelor̄ z archāgelorum est velle complacentie. Velle desiderij est velle respectu boni futuri vt illud velle quo volumus fratrez vel amicum saluari. Vltimo est aduertendum q durandus respon-

det ad hanc questionem affirmative: ratio eius est qz per charitatem diligimus creaturas inquātuz sunt capaces diuini boni: z oēs creature intellectuales saltez eiusdē speciei sunt capaces equaliter boni diuini: igitur omnes creature intellectuales sunt equaliter diligende.

¶ Contra istā opinionē arguit sequerek q deberē velle oēs hoies habere tantā gloriā quantam habet xp̄s vel eius sanctissima mater: ꝓbatur quia est absurdum. Si dicas q intelligit conditionaliter si deo placeat z deo non placet q aliquis habeat tantaz gloriā sicut xp̄s vel bēa virgo. Contra hoc arguitur sequerek ad minus q deberē magis diligere quēlibz angelū quantuncūz paruū z infimuz quā meipsum: ꝓbatur quia est manifeste falsuz: igitur sequela probatur quilibz etiā infimi ordinis z infime hierarchie est capacior beatitudinis anima mea: igitur magis debeo ipsum diligere quā meipsum.

¶ Propterea teneo cum diuo Tho. z aliis doctoribus partē negatiuā z pono. 2. cōclusiones quaz prima est ista. Propinqui sunt magis diligendi quā extranei. ista cōclusio patet: qz sunt nobis magis coniūcti ergo magis tenemur ipsis quā aliis Secunda conclusio est ista: illi qui sunt propinquiores sunt magis diligendi quā alij propinqui. ista cōclusio patet ex prima conclusione z expressa autoritate Augu. in primo li. de doctrina xp̄iana.

¶ Contra ambas conclusiones argr̄ sic extranei meliores sunt magis diligendi quā propinqui: igitur ais probatur nos debemus imitari deum: sed dominus deus magis diligit meliores extraneos quā ppinqs: ergo nos eōdē mō magis debemus diligere meliores extraneos quā propinquos. Ad hoc argumentū rn̄detur negando ais: z hoc supposito q propinqui nō sunt valde mali. nā possunt esse valde mali ita q extranei essent ꝓferendi illis sicut Ambrosi⁹. d. de malis filijs q domestici sunt preferēdi ipsis: z ad probationē pcedo q proportionabiliter debemus imitari deū. nā sicut deus diligit sibi ꝓpinquos. i. sanciores. ita nos debem⁹ diligere nobis propinquiores. Cōtra istā solutionē argr̄ autoritate Aurelij augustini. d. in primo li. de doctrina xp̄iana q oēs hoies sunt eque diligendi ergo propinquiores nō sunt magis diligendi quā extranei. Ad hanc replicā rn̄detur q Aurelius augu. intelligit q oēs hoies sunt diligendi ad idē bonū diuinū. i. ad beatitudinem eternam.

¶ Scōo argr̄ sic amic⁹ est magis diligendus quā cōsanguineus: ergo conclusiones nulle: ais probatur. prouerbioz. 18. habetur vir amicabilis ad societatē magis erit amicus quā frater: ergo amic⁹ est magis diligēdus quā ꝓsanguine⁹. Ad hoc argumentū rn̄detur negando ais: z ad probationē optz ponere cetera paria. nā possibile est q hō receptit tot z tāta beneficia ab amico q magis obligetur eū diligere: quā ꝓsanguineū suū: sed posito q nō recepe-

rit beneficia a deo magna semp debet hō magis diligere r̄ez quā amicum suppositio etiā q frater nō fuerit valde malus. Contra istā solutionē arguitur autoritate diui Ambro sij in primo lib. officioz. d. nō min⁹ vos diligo quos in euāgelio vos genui quā si incōiugio suscepissem nō enim vehementioz est ad diligendū natura quā gratia: igitur oēs xp̄iani equaliter sunt diligendi. Ad hāc replicā rn̄detur q Ambrosi⁹ intelligit quo ad instructionē fidei catholice. sz q nō minus tenetur eos instruere quā si eos inconiugio suscepisset. Contra istā solutionē arguitur in casu tenetur homo succurrere regi vel duci potius q̄ suis ꝓsanguineis. immo potius tenetur talis homo diligere extraneos quā consanguineos ais patet in bello bonus subdit⁹ tenetur potius succurrere regi vel suo duci quā patri vel suis ꝓsanguineis igitur tunc tenek potius diligere ducem vel regē q̄ ꝓprium patrē. Ad hanc replicā rn̄detur negando ꝑmā ꝓbam: rō est: qz illud nō ꝓuenit propter maiorē amorē quē habeat vl'teneatur habere erga regē vel ducē. sz ideo: qz bonū cōmune est quoddam bonū diuinū: teste pho in libris ethicoz: ergo ꝓferēdū est bono particulari

¶ Queritur tertio circa eandez distin. an hō ex charitate magis debeat diligere patrē aut matrē q̄ filiū. Pro huius difficultatis enodatione est aduertēdū q ly magis nō debz dicere q̄ntitatē voliti aut quātitatem intētionis: sed solū firmitatē actus aut apr̄ehensionē. Isto notato ponitur vnica conclusio. s. hō magis tenetur diligere patrē z matrez ex charitate quā ꝓpriū filiuz. ista cōclusio ꝓbatur: homo magis est obligatus ꝓprio patri z maxime matri quā filio suo cū magna beneficia acceperit a patre et matre: ergo magis tenetur diligere patrē z matrem quā filiū. Exista cōclusiōe sequitur q si hō haberet patrē z filiuz constitutos in extrema necessitate z non posset succurrere ambob⁹ tenek succurrere potius patri quā filio.

¶ Contra istā rn̄sionē arguitur illū debet hō magis diligere ex charitate cui magis tenetur benefacere sed hō tenetur magis benefacere filijs quā patri: ergo magis tenek hō diligere filios quā ꝓpriū patrē: mi. patet autoritate apostoli. 2. ad cor̄i. 12. d. non debēt filij thesaurizare parentibus: sed parētes filijs. Ad hoc argumētū rn̄detur negādo: mi. z ad probationē data autoritate Pauli non sequitur q hō magis teneak magis benefacere filis quā patri: sed ꝑparentes debent tesaurizare filijs: hoc ideo est: qz filij in principio infantie z pueritie nō possunt se iuuare: sz si pater esset in necessitate tūc filius debet ipsi succurrere totis viribus. Contra istam solutionem arguitur. Gratia non destruit naturaz sed illam perficit: sed naturaliter homo magis diligit filium quam patrem: ergo charitas magis inclinat ad diligendum filium quam patrē. Ad hanc replicā rn̄detur distinguendo maiorē vel intelligendo de natura viciata: z sic negatur illa. nam ta

lis natura: vt habetur Gen. 8. prona est ad malū vel intelligēdo de natura integra: & sic p̄ceditur illa & negatur mi. in p̄portionabili sensu: vñ in statu nature integre homes nalr dilexissent plus parētes q̄ filios.

¶ Querit septio An vir pl' teneat diligere vxorē quā filiū. p̄o solutione huius difficultatis p̄supponēda est equalitas bonitatis ex parte vxoris & filij. naz a deo mala posset esse vxor & filius a deo bonus q̄ filius esset p̄ponend⁹. Similiter econuerso posset esse filius a deo malus & vxor valde virtuosa q̄ vxor tūc esset p̄ponenda: idcirco p̄supponenda est eq̄litas bonitatis i vtroq̄ Quo supposito rñdet q̄ vir plus tenetur diligere vxorē quā filiū. Ista conclusio p̄batur vir plus obligat vxori q̄ñ longe maiora beneficia accepit ab vxore quā a filio: igitur magis tenetur diligere vxorē quā filiū. Contra istā conclusionē potest fieri. simile argumentū sicut factū est in p̄cedenti questione de naturali affectione & p̄portionabiliter est soluendum.

¶ Queritur quarto circa eādē distinctionē. An hō ex charitate magis debeat diligere patrē quam matrem. P̄o huius questiōis declaratione est aduertendū q̄ pōt esse magna differentia inter mores patris & mores matris potest enim esse pater a deo bonus & mater a deo mala & tunc nulla est difficultas quin pat sit magis diligēdus quā mater: pōt etiā cōtingere q̄ mater sit a deo bona & pater valde malus sicut fuit de sancta mōnica matre August. & p̄e eius: & tunc non est dubiū quin b'us Augustin⁹ magis tenebatur diligere matrē quā patrem: sed supposita equali bōitate ex parte vtriusq̄ ponitur conclusio rñsiua ad questionē. scz homo ex charitate magis tenet diligere patrē q̄ matrē: ista cōclusio patet expressa autoritate diui Hieronymi super Ezechielē. d. post dñz deū oim patrē diligendus est pater carnalis. deinde mater: postea filij: & postea fratres & sorores: & sic p̄sir.

¶ Contra istā cōclusionē argr filius debet diligere magis matrez quā patrē: igitur cōclusio falsa: ans p̄batur: filius debet diligere magis amantē ipsum: sed mater magis diligit filium quā pater: ergo filius magis debet diligere matrē quā patrem: mi. patet expressa autoritate phi in. 9. ethicoz expresse illud asserentis. Ad hoc argumentū rñdetur negando ans: & ad p̄bationē negatur maior: non em̄ oportet q̄ diligam⁹ magis illū vir qui magis diligit nos. Contra istā solutionē argr: magis laborauit p̄o filio q̄ pater: ergo mater est magis diligēda. Ad hanc replicā rñdetur q̄ vez est tēpore infantie: sed postea patres magis laborāt regulariter p̄o educatione filioz. Contra istā solutionē arguit: mater continuo ministrat materias quādiu filius est in ventre ipsi⁹ & pater non p̄ducit aiam rōnalem: ergo magis est diligēda mater quā pater Ad hanc replicā rñdet negando cōsequentiā: & rō est: q̄ pater deditvir tutē seminalē ratione cuius organizatur corpus.

¶ Queritur sexto circa eādem distinctionē. An hō ex charitate debeat potius diligere vxorē q̄ patrē aut matrē. P̄o huius questionis intelligentia supponēda est equalitas bonitatis ex parte patris & matris vxoris. Isto p̄supposito rñdetur q̄ hō magis tenetur ex charitate diligere patrē & matrē q̄ vxorē p̄priā ista conclusio p̄z ex autoritate Hieronymi allegata in p̄cedenti questione: potest etiam p̄bari rōne: q̄z hō magis obligatur patri & matri q̄ vxori quū longe plura & potiora bñficia accepit a patre & matre quā ab vxore: igitur magis tenet diligere patrē & matrē quā vxorē. Contra istā resolutionē arguitur autoritate apostoli ad ephesios. 5. d. viri debēt diligere vxores sicut seipsos: & sicut q̄s dilexit ecclesiā & seipsum tradidit p̄o ea: igitur hō magis tenetur diligere vxorē quā patrē & matrem. Ad hoc argumentū rñdetur negando p̄iam: q̄z ly sicut non dicit omnimodā similitudinē: sed aliqualē: et hoc sit vez p̄z: q̄z apostolus in eodem capite allegato. d. q̄ vir debet diligere vxorē sicut carnez & corpus p̄priū. Contra istā solutionē argr nullus debet relinquere aliquā rem nisi p̄o aliqua alia re magl dilecta sed homo tenetur relinquere patrez & matrē p̄pter vxorem: vt habetur Gen. 2. cap. igitur magis hō debz diligere vxorē quā patrē & matrē. Ad hanc replicā rñdetur distinguendo maiorē vel quo ad habitationē: & sic negatur illa vel quo ad amicitiā: et sic conceditur illa & negatur minor: nec p̄batur in isto sensu: sz solū in primo. s. quo ad habitationē plures essi rōnes sunt diligendi patrē & matrē quā vxorē. idcirco magis est conseruanda dilectio patris & matris q̄ vxoris.

¶ Queritur septimo circa eandem dist. Vtrū ordo charitatis maneat in patria. P̄o huius difficultatis intelligentia est p̄supponenda distinctio superius posita de ly magis. s. vel apreciatiue: vel quātū ad quantitatē boni voliti. Isto p̄supposito rñdetur per. 2. conclusiones: quaz p̄ima est ista. Hō manet ordo charitatis in patria quātū ad quantitatē boni voliti: ista conclusio p̄batur in patria quilibet beatus volet maius bonū melioribus se. ergo nō remanebit in patria ordo charitatis quantū ad quantitatez boni voliti. Scda conclusio est ista: ordo charitatis manebit in patria quantum ad apreciationē: ista conclusio p̄batur quilibet beatus debet potius omittere dilectionē cuiuscunq̄ alterius beati quā sui ipsi⁹: si aliquā illaz deberet omittere. Similit deberet p̄ius omittere dilectionē extraneoz quā sibi propinquoz si aliquaz ipsaz deberet omittere: igitur remanebit ordo charitatis i patria q̄ntū ad apreciationē. Contra istas conclusiones non possunt fieri aliq̄ argumenta quin semper p̄bēt p̄mam vel scdam ipsaz: ideo breuilo qui causa ea omitto.

¶ Queritur octauo circa eādē distinc. qui sunt gradus charitatis.

Pro huius questionis enodatione est aduertendū q̄ a doctoribus theologis comparatur augmentū charitatis augmēto corporali. nā sicut in fantie etas dicitur antequā aliquis habeat vsum rōnis: ⁊ postea sequit alius status q̄n vtitur rōne ⁊ loquit perfecte: ⁊ post istum sequitur vnus alius status: q̄ndo potest generare. Sic etiā distinguntur gradus charitatis scōz diuersa studia: ad que hō perducitur per charitatis augmentum. nam primo incūbit homini studium principale recedendi a peccato: ⁊ resistendi concupiscentijs que contra charitatē insurgūt: ⁊ hoc pertinet ad incipientes: in quibus charitas est nutrienda ⁊ fouenda ne destruatur. Scōm aūt studiū succedit q̄n homo principaliter intendit ad hoc: q̄ in bono proficiat ⁊ roboretur ei⁹ charitas: ⁊ hoc expectat ad proficientes. Tertiū studiū ⁊ vltimum in hac vita succedit: q̄n homo ad hoc principaliter laborat: vt deo inhereat ⁊ eo fruatur: ⁊ hoc pertinet ad perfectos qui cū Paulo ad philip. primo cupiunt dissolui ⁊ esse cum xp̄o. Isto notato rādetur per vnicā conclusionē q̄ talis est: tres sunt gradus charitatis. s. charitas incipiens: charitas proficiens: ⁊ charitas perfecta. ista conclusio probatur expressa autoritate diui Augustini super primā canonicā Joānis. d. charitas quum fuerit nata nutritur q̄ ptinet ad incipientes q̄n fuerit nutrita roboratur q̄ pertinet ad proficiētes: ⁊ q̄n fuerit roborata perficitur q̄ ptinet ad perfectos.

¶ Cōtra istā cōclusionem arḡ sic: iter p̄ncipiū charitatis ⁊ ei⁹ finē sunt multi grad⁹: imo infiniti: ergo non sunt ponendi solū. 3. gradus charitatis: a3is probat charitas pōt augeri in infinitū: ita q̄ q̄cunq̄ charitate viatoris data dabilis est vna alia maior: ergo infiniti gradus mediant inter p̄ncipiū charitatis ⁊ eius finē. Ad hoc argumentū rādetur negando p̄iam: ⁊ rō est: q̄ ois illi gradus infiniti p̄hendūtur sub illis tribus assignatis in cōclusione. Contra istā solutionē arguitur: quā primum est aliqua charitas quantumcunq̄ parua incipit proficere: ergo charitas incipiens non distinguitur a proficiente: a3is probatur quantū cūq̄ sit parua charitas in aliqua aīa talis aīa pōt elicere actū meritorū ex tali charitate: igit talis charitas est proficiens. Ad hāc replicā rādet negando p̄iam: ⁊ rō est: q̄ non dicitur proficiens q̄ proficit: sed q̄ p̄ncipale studiū eius est proficere: imo dolz charitas incipiens proficiat tñ principale studiū eius non est proficere: sed recedere a peccato ⁊ resistere concupiscentijs insurgentib⁹ contra charitatem.

¶ Tertio arguitur sic nulla est dabilis charitas perfecta: igitur cōclusio nulla: a3is probatur. si esset dabilis aliqua maxime esset charitas quā habuit Paulus: sed illa nō fuit perfecta. ergo nulla est dabilis charitas perfecta in hac vita. minor probatur autoritate eiusdem Pauli ad philippen. 3. d. non quod iam cōprehenderim aut perfectus sim: ergo charitas eius non fuit perfecta. Ad hoc argumentum rēspōdetur negā do antecedens: ⁊ ad probationē negatur minor: ⁊ ad probationē negatur consequentia: ⁊ ratio est: q̄ beatus Paulus loquitur de perfectiōe charitatis patrie: ⁊ certum est q̄ illa non potest haberi in hac vita: ⁊ de tali perfectione charitatis nō loquitur cōclusio: sed solum de illa perfectione que potest haberi in hac vita. Cōtra istam solutionem arguitur quelibet charitas in hac vita potest augeri: ergo nulla est pfecta: antecedens patet quelibet talis charitas potest cōcurrere ad actum meritorum: ergo quelibet talis potest augeri. Ad hanc replicam rēspondetur negando consequentiam loquēdo semper de perfectiōe charitatis que potest haberi in hac vita. Nam illud est impertinens quod potest augeri: sed sufficit ad hoc quod sit charitas perfecta q̄ principaliter intēdat deo inhererе: ⁊ eo frui.

hoc argumentum rēspōdetur negā do antecedens: ⁊ ad probationē negatur minor: ⁊ ad probationē negatur consequentia: ⁊ ratio est: q̄ beatus Paulus loquitur de perfectiōe charitatis patrie: ⁊ certum est q̄ illa non potest haberi in hac vita: ⁊ de tali perfectione charitatis nō loquitur cōclusio: sed solum de illa perfectione que potest haberi in hac vita. Cōtra istam solutionem arguitur quelibet charitas in hac vita potest augeri: ergo nulla est pfecta: antecedens patet quelibet talis charitas potest cōcurrere ad actum meritorum: ergo quelibet talis potest augeri. Ad hanc replicam rēspondetur negando consequentiam loquēdo semper de perfectiōe charitatis que potest haberi in hac vita. Nam illud est impertinens quod potest augeri: sed sufficit ad hoc quod sit charitas perfecta q̄ principaliter intēdat deo inhererе: ⁊ eo frui.

Si melius est diligere amicos q̄ inimicos vl econuerso. Distinctio. XXX.



Solet q̄ri q̄d potiꝰ sit pluriscq̄ meriti diligere amicos an diligere inimicos? Sz hoc cō paratio implicita est. Si em̄ cōferat dilectio amicoꝝ tantū: dilectioni amicoꝝ ⁊ etiā inimicorū. pspicua ē absolutio. Sz si in aliquo vno hoie q̄ diligit simℓ amicuz ⁊ inimicum q̄d hoꝝ potiꝰ sit q̄rat. obscura est rñsio. qz ō motu mentis agit. de quo nō est nobis facile iudiciū. An vnꝰ ⁊ idez motꝰ sit erga amicū ⁊ inimicuz. sz erga amicū intensiorꝝ. an duoꝝ vnꝰ erga inimicum. q̄ ōz difficiliorꝝ. alit erga amicū q̄ videt feruentior. Nec incongrue putat meliorꝝ q̄ est feruentiorꝝ. vel si vnꝰ idez cq̄ est idē potiorꝝ vbi est ardētiorꝝ: nō improbe eximat. Augusꝰ tñ sentire videtur maiꝰ esse diligere inimicū cq̄ amicū q̄ pfectoꝝ esse dicit diligere inimicos ⁊ bñfacere eis. neq̄ hoc a tanta multitudine ipleri quāta exaudit in oratione dñica cum ōz. Dimitte nobis debita nr̄a sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝰ nostris. Illam em̄ sponsionē dicit a multis impleri qui modum diligūt inimicos. Dit em̄ sic. Magnū ē erga deū qui tibi nihil mali fecerit esse beniuolū ⁊ bñficium. Illō mlto grādiuz ⁊ magnificētissime bonitatis est. vt tuum inimicū diligas. et ei qui tibi maluz vult ⁊ si pōt facit. tu sp bonum velis faci aslq̄ qō possis. audiēs dicentem jesum. Diligite inimicos vestros

et bñfacite his q̄ odiunt vos ⁊ o
rate pro persequentibus et ca/
lumnitatibus vos. Sed quo/
niã perfectoꝝ filiorũ dei ẽ illꝰ.
quo q̄dem se dꝫ ois fidelis extẽ/
dere. ⁊ humanũ animuꝫ ad hũc
effectũ orãdo deũ secũq̄ agẽdo
luctãdoq̄ perducere. tñ qz hoc
tã magnũ bonum tãte multitu/
dinis nõ est quãta credim⁹ exau
diri cum dr in oratione. Dimit
te nobis debita nr̃a sicut ⁊ nos
dimittim⁹ debitoribus nostris.
Proculdubio verba spõsionis
hui⁹ implentur si homo q̄ non/
dum ita profecit vt etiaꝫ diligat
inimicum. tñ qñ rogatur ab ho/
mine q̄ peccauit in eum vt dei di
mittat. dimittit ex corde. q̄ etiaꝫ
sibi roganti vult dimitti. cũ orat
et dicit. sicut et nos dimittimus
debitoribus nr̃is. Quicũq̄ vo
rogat hoiem in quẽ peccauit si
pctõ suo mouetur vt roget. non
ẽ ad huc deputãdus inimic⁹: vt
euꝫ diligere sit difficile. sicut erat
quãdo iimitias exercebat. Quis
quis vero rogãti et penitẽti nõ
dimittit. non estimet a dño sua
peccata dimitti. qz mẽtiri veri/
tas nõ potest. Que cũ docuisset
orationẽ hãc in eam positã sentẽ
tiam cõmendauit dicẽs. Si di/
uiseritis hoibus pctã eoꝝ di/
mittet ⁊ vobis pater vester. Si
quam Joannem. Ex ista solutione Augustini sequitur manifeste q saluator noster magis diligebat Petrū quam Joannem simpliciter. Et si objcias saluator noster debebat illi ostendere maiora signa dilectiōis quem magis diligebat secundū veritatez: sed magis diligebat Petrū quam Joānem: ergo maiora signa dilectionis debebat ostendere Petro quam Joanni. Ad hoc respondet Augustinus loco allegato quod per Joannem z Petrum significatur duplex vita: per Petruz vita activa que transit per Joannem vero contemplatiua que manet vnde Petro dictū est sequere me. de ioāne vero sic eum volo manere: z qm̄ activa liberaliora z fructosiora est: contemplatiua puriora z iocundiora, z ad significandum huius duplicis vite differentiam familiarius se exhibebat Johanni quam Petro: in cuius rei signum cōmisit saluator matrez suam Joanni custodiēdam. Petro vero curam pastoralez. Inde infert Augustinus quod Petrus erat melior: sed Joannes felicior. Alius est modus diui Bernardi respondentis q Petrus dilexit feruenti⁹ z fortius diligebatur Joannes vero dulcius dilexit z diligebatur familiari⁹ Ex isto modo etiam sequitur quod saluator plus dilexit Petrum quaz Joannē. Alius est modus diui Bonauenture respondentis quod Petrus magis dilexit deum in proximo Joānes vero magis dilexit deū in se. quare Petrus accepit curam regiminis Joannes autem gratiaz contemplationis. Ex isto modo sequitur quod Saluator plus dilexit Joannem quam Petrum. z isti modi insurrexerunt ꝓpter auctoritates adductas. Nam aliqui fauent Joāni: z aliqui Petro z non potest iciri quis istorum modorum est melior. Unum tamen scimus ex fide catholica quod ille est altior in celis qui finaliter maiorem charitatem habuit in terris: z magna est apparentia, q Joanne. Nam diutius vixit quam aliquis apostolorum non tamen temere est diffiniendum quis istorum est beatior: sed hoc expectare debemus in patria vbi clare sciemus qs eorum alterum excedit in gratia et gloria. Proportionabiliter potest fieri difficultas de Joanne baptista z de Joāne euāgelista quis eorum beatior est altero: sed quia prohibitum fuit ab ipsis duobus doctorib⁹ theologis disputare de gloria ipsorum. idcirco non est disputandum: sed si aliqui sunt multum auidi talia scire debent laborare ad comparandam vitam eternam in qua omnia ista manifestabuntur.

¶ Queritur tertio circa eandē distinctionem. Utrum domin⁹ de⁹ magis dilexit Christum quam genus humanum. Pro huius questionis declaratione est aduertendū qd Christus duas habet naturas. s. diuinitatem z humanitatem: z ideo titulus questionis potest intelligi de xpo scdm diuinitatē z potest etiā intelligi de xpo scdz hūanitatē. Istis notatis rñdetur per aliquas cōclusiones: quarū prima est ista dñs de⁹ magis dilexit xpm scdm diuinitatē

quã totum genus hũanum: ista conclusio non eget pbatione. Scõa conclusio est ista: Dñs deus magis dilexit xp̃m scõm humanitatẽ quã totuz genus humanũ. Tertia cõclusio est ista dñs deus absolute: z simplr magis dilexit xp̃m quã totũ genus humanuz. Iste due cõclusiones probãtur autoritate ioãnis in. z. cap. d. de xp̃o datus est ei spũs non ad mensuram: ergo dñs deus maiorẽ gfam z glriaz ddit xp̃o quã toti gñri hũano: z per ꝓns magis dilexit xp̃m quam totũ genꝰ humanũ. Insup ad phili penses scõo habetur de xp̃o: datum est illi nomẽ quod est sup omne nomen vt in nomine ihesu oẽ genu flectatur terrestriũ celestiũ z infernoꝝ igitur magis dilexit dñs deus xp̃m quã totũ genus humanum.

¶ Contra istas duas vltimas conclusiones arguitur sic. Dãs aliquid pro aliquo magis diligit illud pro quo dat quã illud qõ cõmutat: sed deus pater pro genere humano dedit xp̃m iuxta illud ioannis. z. sic deus dilexit mũdum vt filiũ suum vnigenitũ daret ꝛc. igitur deus pat magis dilexit totũ genus humanũ quã xp̃m. Ad hoc argumẽtuz rñdet q maior habet vez̃ qñ dans alienat dominiũ a se: mõ deus pater quãuis dedit filiũ suum pro genere humano: non tamen alienauit a se. Contra istã solutionẽ arguitur: non prudenter agit qui ꝓmutat rem maioris valoris pro re minoris valoris sed deus pater cõmutauit xp̃m pro genere humano: ergo dñs deus pater non prudenter egit: vel genꝰ humanũ est maioris valoris quã xp̃s. Ad hanc replicam rñdetur q maior habet vez̃ de mercatore qui vult se ipsum ditare: non aũt de ipso q̃ vult subleuare indigentiã alteriꝰ: domo deus pater nolebat seipsum ditare qñ dedit xp̃m pro genere humano: sed intendebat subleuare indigẽtiã generis humani. Contra istã solutionẽ arguitur genus humanum est maioris valoris q̃ xp̃s: igitur añs probatur xp̃s est finite bonitatis et genus humanum est multiplicabile per infinitas personas bonas: igitur genꝰ humanum est maioris valoris quã xp̃s. Ad hanc replicã rñdetur negando añs: z ad probationez negatur vtraq̃ premissaz̃ de lege. nam certũ est q xp̃s est infinite bonus: z certũ est q de lege genus humanũ non multiplicabitur in infinitum. Contra istã solutionẽ arguitur deus pater propter genus humanũ dedit xp̃m: ergo magis dilexit deus pater genus humanum q̃ xp̃m: cõsequẽtia tenet autoritate phi in primo cap. primi posteriorũ: propter vnũ quod q̃ tale z illud magis. Ad hanc replicã rñdetur negando ꝓnaz z ad probationẽ dico q illa maxima philosophi intelligit quando ly pro opter dicit causam efficientem aut finalem z non quando dicit causam inducentem siue motiuam.

De quattuor virtutibꝰ principalibus.

Distictio. XXXIII.



Ost predicta de quattuor virtutibus q̃ ꝑncipales vel cardinales vocant̃ dis serẽduz est que sunt. iustitia. fortitudo. prudentia. tẽperantia. De quibus Augus. ait. Justitia ẽ in subuẽniẽdo miseris prudentia in ꝑcauendis insidijs. fortitudo in ꝑferendis molestijs. tpantia in coercendis delectationibꝰ prauis. De his ꝺr in li. Sapiẽtie. Sobrietatẽ et prudentiaz docet iusticiam z veritatẽ. Sobrietatem vocat temperantiã. z veritatem vocat fortitudinem. De virtutes cardinales dicunt̃ vt ait hieronymꝰ quibus i hac mortalita te beneviuitur. et post ad eternã vitaz puenitur. Que in xp̃o plenissime fuerũt z sunt. de cuiꝰ plenitudine nos accepimꝰ. In quo habuerunt vsus eosdez̃ quos in patria habẽt z quosdã etiaz vie. Verũtamen an be virtutes cuz z ipse in animo esse incipiãt q̃ cũ sine illis prius eẽt. tamen anumꝰ erat desinãt esse cuz ad eterna ꝑduxerint. nonnulla questio est. Quibusdã visum est eas esse desituras. et de tribus quidez prudentia. s. fortitudine. et tempantia cum hoc dicitur nõ nihil dici videt Justicia enim immortalis est. et magis tunc ꝑficiet in nobis q̃ eẽ cessabit. Cũ beate viuemus cõtemplatione nature diuine q̃ creauit oẽs ceteras q̃ instituit naturas. qua nihil meliꝰ z amabilius est. Cui regẽti subditũ esse iustitie est. Et ideo imortalis est oĩno iustitia. nec i illa beatitudine esse desinet: sed talis ac tãta erit. vt ꝑfectior z maior esse non possit. Fortassis z alie tres virtutes prudẽtia sine vllo iam periculo erroris. fortitudo sine molestia tollerãdoꝝ malorũ: tẽperãtia sine repugnatione libidinum erũt in illa felicitate vt prudentie ibi sit nullũ bonũ deo ꝓponere vel equare fortitudinis ei firmissime coherere tẽperãtie nullo ꝺfectu noxio ꝺlectari. Qõ vero nunc agit iustitia in subueniendo miseris qõ prudentia in precauẽdis insidijs. qõ fortitudo in preferẽdis molestijs. qõ tẽperãtia incoercẽdis delectationibus prauis. nõ erit ibi oĩno vbi nihil mali erit Jsta ergo virtutum opera huic mortali vite necessaria sicut fides ad quã referẽda sunt in preteritis habebũtur

Ecce aperte hic dixit Aug⁹ q̄ predicte virtutes in futuro erūt sed alios vsus tūc habebūt quā modo. Cui Beda assentit sup exodū ita dicens. Colūne ante quas expāsum est velū. ptātes celi sunt. quattuor eximijs virtutibus preclare. id est. fortitudie. prudentia. tēperantia. iustitia. q̄ aliter in celis seruātur ab angelis z aīabus sanctis quā hic a fidelibus. Et cōsequēter assignat Beda vsus illarū virtutū scōm presentem statū z futurū imitās Aug⁹ in p̄missis assignatiōib⁹.



Circa trigesimātertiaz dictionē querit primo quō differant virtutes cardinales a theologicis. pro huius intelligentia est notanduz q̄ virtus teste p̄ho in primo ca. 6. libri ethicorum prima sua diuisione diuiditur in virtutē moralē: z intellectualē: virtus intellectualis: est virtus apta nata inherere intellectui: virtus moralis dicitur a more: q̄ per cōsuetudinem acquiritur: z ista est expressa intentio p̄hi in ca. allegato: z sic ptz q̄ illi doctores theologi q̄ dicunt virtutem: ideo dici moralē q̄ importat quādā naturalē inclinationē vel quasi naturalē aperte contradicunt p̄ho z regulariter virtutes morales vocantur ille que apte nate sunt inherere voluntati: notāter dicitur regulariter ad excludendū prudentiam que vocatur moralis virtus: attū nō est nata inherere volūtati sed intellectui. Sed insurges contra hoc: seq̄retur q̄ quelibet virtus intellectualis esset moralis: p̄ns est falsum: igitur sequela patet: quelibet virtus intellectualis acquiritur per consuetudinem ex frequentatis actib⁹: ergo quelibet virt⁹ intellectualis dicitur moralis. Ad hoc rñdetur q̄ quelibz virtus intellectualis potest dici moralis. Nihilominus non ita vocatur z rō est: q̄ maius exercitiū: z maior consuetudo requiritur ad producendum virtutes in voluntate quam in intellectu. ppter rebellionē appetitus sensitiui. ideo per excellentiam a maiori cōsuetudine z exercitio virtutes voluntatis vocantur morales non autem virtutes intellectus. Vlterius insurges nulla virtus intellectualis est virtus: ergo notabile nullum: aīs probatur quelibet virt⁹ intellectualis est indifferens ad bonū z malum: ergo nulla talis est virtus aīs probatur quelibet virtus intellectualis potest referri in bonū finē: z in malū finē: si in bonū finem erit bona: si in malū finem erit mala. igitur quelibet virtus intellectualis est indifferēs ad bonū z ad malū. Hoc argumentū aliqui ponderant: sz nō est ponderandū: rō est: q̄ eodē mō potest deduci de virtutibus moralibus. Nam quelibet virtus moralis potest referri ī vltimū finē: z sic erit bona: vel in malū finē. s. vanā gloriam z sic erit mala. Propterea respondeo ad argumentū negādo aīs z ad probationē distinguo q̄ sit indifferens ad bonū: z ad malū vl ad istū sensum q̄ potest fieri extrinsece bona z mala: z sic conceditur illud z p̄ns. q̄ idē cōtingit de qualibet virtute morali: vel q̄ possit fieri intrinsece bona z mala: z sic negatur illud nec probatur in tali sensu. Vlterius est notandū q̄ inter virtutes morales quattuor solū vocantur cardinales. i. principales. nam veluti circa cardinem voluitur ostiū. ita circa ipsas virtutes cardinales tota vita nostra versatur humana. Tertio est notādum q̄ ex dictis diui Tho. elicitur. 2. differentie inter virtutes theologas z cardinales. Prima differētia est q̄ virtutes theologice a solo deo infunduntur: morales vero a nobis cōparantur: sed hec differētia superius est impugnata. nam probauimus q̄ est ponenda fides acquisita: z charitas acquisita: z iste non infunduntur a deo: sed a nobis cōparantur: z tamen sunt virtutes theologice. Scōa differentia est: q̄ virtutes theologice habent deū p̄o obiecto non autem morales. Sed cōtra seipsum arguit diuus Tho. de sapiētia. nam sapientia habet deū p̄o obiecto z non est virtus theologa igit. Ad hoc rñdetur q̄ licet sapientia habeat deū p̄o obiecto habet ipsuz in quātū est a nobis cognoscibile per rationem naturalē: z hoc non sufficit ad hoc q̄ sit virtus theologa: sed oportet q̄ habeat deū p̄o obiecto ī quantū excedit rōnem nostrā naturalem z cognitionē. Sed adhuc īsurges de spe que nō habet deū p̄o obiecto: sed beatitudinē eternam. z tñ est virtus theologa. Ad hoc rñdetur negādo maiorem. immo habet deū p̄o obiecto inquantū deus est summum bonū ipsi creature rōnali.

¶ Istis notatis rñdetur q̄ vnā conclusionē que talis est ad questionem virtutes cardinales differunt a theologis penes obiecta. ista cōclusio probatur nulla virt⁹ cardinalis habet deū p̄o obiecto: quelibet virtus theologa habet deū p̄o obiecto ergo differunt abinuicē penes obiecta: z per p̄ns conclusio vera.

¶ Contra istā cōclusionē arg̃ sic conclusio p̄supponit q̄ tēperātia z fortitudo sunt virtutes. sed nulla ipsaꝝ est virtus. ergo pclusio p̄supponit falsum: minor probat. ois virtus versatur circa difficile: sed tēperantia non versatur circa difficile nam versatur circa delectationes tactus z gustus: igitur tēperantia non est virt⁹: maior est philosophi in primo libro ethicoꝝ. Ad hoc argumentum rñdetur negando minorē: z ad probationē negatur itez minor. immo teste August. nulla sunt acriora bella q̄ circa venerea in quibus est continua pugna z rara victoria z de fortitudine nulli dubiū est quin versatur circa pericula belli quibus difficile est resistere.

¶ Queritur scōo circa eandem distinctionē. Vtrū virtutes cardinales maneant in patria. Pro huius questionis intelligentia est aduertēdum q̄ quattuor assignātur a p̄his z doctoribus theologis virtutes cardinales. s. prudētia: iustitia: fortitu-

Universidad de Navarra Biblioteca

dō: ꝛ temperantia. Prudētia est directiua oīm aliaꝝ virtutū moraliū: ideo vocatur auriga virtutū moralium. Justitia versatur circa distributionem premioꝝ ꝛ penaꝝ: ꝛ ꝓmutationē rex. Fortitudo versatur circa pericula belli. Temperantia aūt circa delectationes gustus ꝛ tactus videt tamen mirabile q̄ prudentia enumeretur inter virtutes morales viso q̄ sit inter virtutes intellectuales. nam scōm oēs doctores prudētia collocatur in potentia intellectiua siue intellectu. ideo queritur quare numeratur inter virtutes morales. Ad hoc rñdetur q̄ causa est q̄ materia oīm virtutū moraliū est obiectū ipi⁹ prudentie. Insup sine ipa nulla potest esse virt⁹ moralis. Sz maioꝛ ē difficultas de obiectis ꝛ subiectis istaꝝ. 4. virtutū cardinaliū.

¶ Quātum ad primū tenet doctoꝛ sanctus q̄ iustitia habet opationes ꝓ obiecto semp fortitudo aūt ꝓ obiecto. Cōtra istā opinionem arguitur sic dabilis est aliqua tēperantia que non habet passionez ꝓ obiecto igitur opinio nulla: añs probatur iste actus volo sobrie comedere ꝛ bibere (supposito q̄ nulla insurgat passio ꝓ isto tpe) est temperātia ꝛ non habet passionez ꝓ obiecto igitur. Simiłr iste actus volo iejunare: similr iste nolo cenare hodie vt melio⁹ studeā est tēperātia ꝛ nullo istoꝝ actuū habet passionē ꝓ obiecto igitur aliqua tēperantia nō habet passionez ꝑ obiecto. Preterea iste actus volo hinc ad. 2. dies egredie pugnare in bello est fortitudo ꝛ non habet passionē ꝓ obiecto: ergo dabilis est aliqua fortitudo q̄ nō habet passionem ꝓ obiecto. Jam probatur q̄ non oīs iustitia habeat operationē semp ꝓ obiecto: iste actꝰ est iustitie. ſ. volo cōdēpnare istū latronē ad mortē nō obstātibus precibus valentinis ꝛ habet passionem ꝓ obiecto: ergo dabilis est aliqua iustitia q̄ habet passionē ꝑ obiecto. Insuper volo q̄ alicui iudici bono christiāo presenteꝝ alique magne pecunie ꝛ insurgat passio in tali iudice nihilominus eliciat istū actum non obstāte ista passione agā conformiter ad leges ꝛ cōscientiā meā: talis actus est iustitia: ꝛ habet passionē ꝓ obiecto: igit dabilis est actꝰ iusticie habens passionem ꝓ obiecto. Propt̄ ista argumēta reales ꝛ nominales tenēt q̄ interdū tales virtutes habent passiones vel operationes ꝓ obiecto vel obiectis vt clare probatum est.

¶ Quātum ad scōaz difficultatem. ſ. de subiectis istarū virtutum oēs doctores cōueniunt in hoc. ſ. q̄ prudētia subiectat in ipō intellectu ꝛ iustitia in volūtate: sz digladiant de alijs. 2. ſ. de fortitudine ꝛ tēperātia: nam diuus tho. tenet: q̄ iste due virtutes. ſ. fortitudo ꝛ tēperātia collocantur in parte sensitiua ꝛ non in volūtate videlz fortitudo in irascibili ꝛ tēperātia incōcupiscibili: rō eius est q̄ quātūcūq̄ alia operatio emanat ab aliquia potētia scōm q̄ō mouetur ab alia potētia oportet vtrāq̄ illarū potētiaꝝ esse perfectā ad hoc

q̄ operatio sit perfecta ꝛ nō potest vtraq̄ potentia esse perfecta nisi habeat virtutē: ergo posterioꝝ potētia sensitiua mouetur ab intellectiua necessariū est in potentia sensitiua ponere aliq̄ virtutē ꝛ cōtra istā rōnem arguit ipemet doctoꝛ Tho. Si ista rō esset bona seq̄retur q̄ in corpore eēt ponenda virtus siue in carne: ꝓns ē absurdū: igitur seq̄la probatur operatio procedit a corpore scōz q̄ mouetur ab alia potētia: ergo per rōnē oportet ponere quandā virtutem. Ad hoc rñdet diu⁹ Tho. negādo sequelā: ꝛ ad probationē negat ꝓnam ꝛ dat discrimen: q̄ aīa dñat corpori dñio despotico, vel sicut dñs dñatur seruo: ꝛ ideo corpus non pōt repugnare aīe: ꝛ q̄ non pōt repugnare aīe. ideo non est ponenda virt⁹ in ipso: secus est de parte sensitiua. nā aīa dñat parti sensitiue dominio politico quo regunt liberi. nā pars sensitiua habet motus q̄bus interdū repugnat rōni: ideo collocāda est virt⁹ in pte sēsitiua ne pugnet aduers⁹ rōnē

¶ Contra istā opinionē arguit diuus bonauētura: actus partis sensitiue non sunt virtuosi: ergo habit⁹ partis sensitiue nō sunt virtutes: añs probatur tales actus nō sunt liberi: ergo nō sunt virtuosi nec meritorij ꝛ hoc est ꝓtra fidē catholicā. nā martirū expectat ad fortitudinē: ꝛ inter oēs actus virtuosos est maxime virtuosus ꝛ meritorius. Insuper volūtas elicit actꝰ tēperantie ꝛ habet difficultatē tales eliciēdi: ꝛ maxime circa venerea. Pariforma elicit actus fortitudinis interdū cū magna difficultate maxime si habeat ꝓxorem filios ꝛ filias: ꝛ ex talibus frequētatis actibus generantur in voluntate habitus temperantie ꝛ fortitudinis igitur necesserīū est ponere fortitudinē ꝛ tēperantiā in voluntate.

¶ Propter ista argumenta tenent Bonauētura reales ꝛ nōiales q̄ tales virtutes. ſ. fortitudo ꝛ tēperantia collocande sunt in voluntate. Nihilominus in parte sensitiua ponendi sunt aliqui habit⁹: attū tales habitus non sunt virtutes. nam solū habitus intellectus ꝛ voluntatis dicuntur virtutes.

¶ Jstis notatis rñdetur ad q̄stionē per vnicā conclusionē que talis est. Oēs virtutes cardinales manent in patria celesti. ista conclusio probatur aīa xp̄i fuit perfecte bēa i hoc mūdo ꝛ habuit oēs virtutes cardinales: vt Ambrosius ꝛ ceteri sancti testātur ꝛ magister post ipsos: ergo ✠tutes cardinales non repugnāt beatitudini pfecte: ꝛ per ꝓns remanent in patria.

¶ Cōtra istā cōclusionē arguit prim⁹ parēs i statu innocētie nō habuit quatuoꝛ ✠tutes cardiales: ergo a fortioꝛi btī nō habēt ✠tutes cardinales: añs ꝑbat ꝑm⁹ parēs nō hūit aliquā difficultatē in statu innocētie circa materias ✠tutū cardinaliū: ergo sup vacaneū est in ipō ponere tales virtutes: añs ꝑbat appetit⁹ sensitiu⁹ i ꝑmo parēte cū oīb⁹ viribus inferioꝛib⁹ sub debat rōni ꝑ iustitiā oꝛiginalē quā hēbat: ergo ꝑm⁹ parens nullā hūit difficultatē circa materias ✠tutū cardinaliū. Ad hoc argumētū rñdet negādo añs ꝛ ad ꝑbationē ne

gak itex afis : ⁊ ad ꝓbatiõẽ negak ꝓña: rõ est quia ꝓim⁹ parẽs mirabi liter amabat vxorem suam ⁊ ex tali amore causabatur difficultas in eo quando obtulit ei pomũ vetituz ad comedendũ: nã ne cõtristaret eã comedit pomũ illud maledictum.

De septẽ donis spũssancti. Distinctio. XXXIIII.



Unc de septez donis spũssancti agenduz est vbi pri⁹ cõsiderandũ ẽ an hec dõa vtutis sint. Secundo an in futuro desitura sint vel oia vel hoꝛ aliqua. Deinde an in xꝑo fuerint cũcta hec dona. Hec dona virtutes eẽ nec i futuro desitura Amb. ostendit ea septem foze vtutes dicens et in angelis abundantissime esse sic. Ciuitas dei illa hierlm. celestis nõ meatu alicui⁹ fluuij terrestris abluit. sed ex vite fonte ꝓcedẽs spũssancti cuius nos breui satiamur haustu in illis celestib⁹ spiritibus redundantius videt effluere. pleno septem virtutũ spiritualiũ feruens meatu. Si enim fluuius ripaꝝ crepidinibus editis supfusus exundat. ꝙtomagis spũs omnez supueniens creaturã cum nostre mentis archana tangẽs inferiora ꝓstringat celestem illam angelorũ naturã effusione quadã sanctificationũ vbertate letificat. Deinde sanctificationẽ exponens subdit. His aũt sanctificationibus significat plenitudo septem spiritualiũ virtutum quas enumerat. Esaias dicẽs. Spiritus sapientie ⁊ intellectus spiritus ꝯsilij ⁊ fortitudinis. spũs scientie et pietatis. ⁊ spiritus timoris dñi. Unum est ergo flumen spirituſſancti. sz multi spiritualium donoꝝ meatus. Quãuis ergo multi dicant spiritus. vt spiritus sapientie ⁊ intellectus. ⁊c. vnus tñ est dei spiritus sue libertatis arbiter omnia ꝓ autoritate voluntatis diuidẽs singulis. Hic exꝑsse traditum ẽ septẽ dona et virtutes esse sanctificatiõesqz fidelium mentium et in futuro non desitura cum sint et in angelis.

Quod in christo fuerunt illa septem dona.

¶ In christo etiã hec eadez fuisse Esaias ostendit dicẽs. Egredietur virga ỏ radice iesse. ⁊ flos de radice eius ascendet et requiescet sup eũ spiritus dñi. spiritus sapiẽtie ⁊ intellectus spirit⁹ consilij et fortitudinis. spiritus sancte ⁊ pietatis et replebit eum spiritus timoris domini.

Qõ videt obuiare ꝓmissis

¶ His autez videt obuiare. qõ Beda de timoze dñi dicit super parabolas scz q⁹ ois timoꝛ in futuro cessabit. Dit eñ sic supza illum locũ. Timoꝛ domini ꝓncipiũ sapientie. Duo sunt timoꝛes dñi. seruilis q̃ ꝓncipium sapientie est. et amicalis qui pfectionez sapiẽtie comitatur. Seruilis ꝓncipium sapie est. qz q̃ post errata sapeincipit. primo timoze coꝛripit diuino ne puniatur. sed hũc perfecta charitas foras mittit. Succedit huic. timoꝛ domini sãctus pmanẽs in seculum seculi. quẽ nõ excludit charitas sed auget. quo timet filius ne vel i modico oculos amantissimi patris offendat. vterqz in futuro cessabit. charitas ỏ nunqz excidet. Augusti. ỏ super illũ locũ psalmi. Adorabo ad templũ sanctũ in timoze tuo. timoꝛem dei desiderũ dicit sic. Timoꝛ dñi est magnũ ꝓsidium ꝓficientibus ad salutem. sed peruenientibus foras mittitur. Non ergo timent iam amicũ cum. s. ad id quod repꝛomissum est perducti fuerint. Exhis autoꝛitatib⁹ significatur q⁹ timoꝛ nõ erit in futuro. Si autẽ timoꝛ non fuerit in futuro. ergo nec septez dona erunt nec modo sunt in angelis siue i animabus sanctis. Ad quod dicimus autoꝛitatũ premissarũ que videtur repugnantiã dirimentes. q⁹ septẽ illa dona et in angelis modo sunt et in animabus sanctis feliciter viuentib⁹ et in nobis erunt in futuro. sed non habebunt omnia hos vsus siue hec officia que nũc habẽt. vt verbi gratia. Timoꝛ filialis mõ facit timere ne offendamus quẽ diligem⁹ et ne separemur ab eo: fecit etiã nos reuereri eundem. In futuro vero faciet nos reuereri quando non timebimus separari vel offendere. Non ergo metus separationis vel offensionis nunc est i angelis vel in animab⁹ sanctis. nec in nobis erit in futuro. sed reuerentia que est mixta cum subiectiõe dilectionis. que etiã in christo fuit sicut apostolus dicit i epistola ad hebreos loquẽs de christo. Qui exauditus est ꝓ sua reuerentia. Quidam tñ scõm effectum timoꝛem in xꝑo. ⁊ in angelis tñ esse contendunt.

Plena timoꝛũ distinctio.

¶ Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus. Sciendū est quattuor esse timores. s. mūdanū siue humanū. seruilem initialem. castum vel filialem siue amicabilē. Humanus timor ē vt ait Cassiodorus. quando timemus pati pericula carnis. vel p dere bona mundi ꝓpter quod ō linquimus. Hic timor malus ē q̄ in primo gradu cū mundo deseritur quem dominus ꝓhibet i euangelio dicēs. Nolite timere eos qui occidūt corpus. ꝛc. Timor aūt seruilis ē. vt ait Augus. cū p timorē gehenne continet se homo a peccato quo p̄sentiaz iudicis et penas meruit. et timore facit quicquid boni facit. non timore amittēdi eternū bonuz qō nō amat. sed timore patiēdi malum quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi. sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor et vtilis. licz insufficiēs per quē fit paulatim cōsuetudo iusticie. et succedit initialis timor q̄ incipit qō duruz erat amari. ꝛ sic icipit excludi hulis timor a charitate. et succedit deide timor castus siue amicalis. quo timem⁹ ne spōsus tardet. ne discedat. ne offendamus. ne eo carea⁹. Timor iste de amore venit. Ille q̄dem seruilis est vtilis. sed nō p manens ineternum vt iste. Timor diuinus comes est per omnes gradus.

Collatio predictorum.

¶ Et attende qō quattuor hec distinguunt timores cuz supra. Beda duos dixerit eē. Sz Beda humanū timorē p̄termisit. et nomine seruilis duos quos hic distinximus complexus fuit sz seruilem ꝛ initialem. Amicabilē vero castum dixit. Augustinus quoq; seruilē etiā castum timorem aperte discernit. dum epistole ad Romanos illum locum exponit. Nō em̄ accepistis spiritū seruitutis iterum in timore. sz accepistis spīn adoptiōis filiorum dei: ita dicēs. Duo timores insinuantur hic vnus qui est in p fecta charitate sz timor castus. alter qui non est i charitate. s. seruilis. in quo q̄uis deo credatur. nō in deū. ꝛ si bonum fiat non tñ bene. Nemo em̄ inuitus benefacit etiam si bonū est quod facit.

De casto ꝛ fuili pleni⁹ agit tāgens interdū de iniciali.

¶ De his eisdē timoribus latius disputat Augus. dicēs Cepit aliquis credere diem iudicij. cepit credere. cepit et timere. Sed qz adhuc timet. nondū habet fiduciam in die iudicij. nondum est in illo perfecta charitas. Si perfecta in illo esset charitas: non timeret. Perfecta em̄ charitas faceret perfectam iusticiaz ꝛ non haberet vnde timeret. imo haberet quare desideraret vt trā seat iniq̄tas ꝛ veniat regnū dei. ergo timor non est in charitate. Sz in qua charitate? non i ichoata? In qua ergo. in pfecta? pfecta inquit charitas foras mittit timorem. ergo incipiat timor. qz inicium sapientie timor domini. Timor em̄ quasi locum p̄parat charitati. Cū autem ceperit charitas habitare pellit timor qui ei p̄parauit locū. Quātum em̄ illa crescit. ille decrescit. ꝛ quātum illa fit iterior. timor pellitur foras. maior charitas. minor timor. minor charitas maior timor. Si autem nullus est timor: non ē quo intret charitas. sicut videmus p fectam introduci linū qñ aliquid fuit. seta p̄us ītrat ꝛ nisi exeat nō succedit linū. Sic timor p̄mo occupat mentē. non aūt ibi remanet timor qz ideo intrauit vt introduceret charitatem.

Quod videtur predictis aduersari.

¶ Est aūt alia sententia que videtur huic esse contraria. si non habet piuz intellectorē. Dicitur em̄ in psal. Timor domini casꝰ permanet in seculuz seculi. Eternum quendā timorem nobis ostendit. s. castum. Quod si ostendit ille nobis eternū timorē. nūquid contra dicit illi ista epistola que dicit. Timor non est i charitate. sz perfecta charitas foras mittit timorem. Hoc em̄ dictuz est per Johannem. illud dictuz est per Dauid. Sz nolite putare alium esse spiritū. Si em̄ vnꝰ flatus inflat duas tibias. nō potest vnus spiritꝰ implere duo corda et agitare duas linguas. Si spiritu vno. i. vno flatu implente: due tibie consonant. implete due lingue spiritu dei dissonare possint. imo ē ibi quedam consonantia. est quedā concordia. sed auditorem desiderat studiosum nō ociosum. Ecce mouit duas linguas spiritus dei. et audiuimus ex vna timor non est in charitate. audiuim⁹ ex alia timor domini castus pmanet in seculū seculi. Quid ē hoc? Dissonat. Non? Excute aures intende melodiā. non sine causa hic addidit castꝰ. illic non addidit. quia est timor aliquis q̄ dicitur castus. est alius

timor q̄ non dicitur castus: Discernamus istos duos timores et intelligam⁹ consonantiam tibiarum. Quomodo discernim⁹? Attendat charitas vestra. Sūt homies q̄ propterea timent deum ne mittantur in gehennā ne forte ardentē cū diabolo in igne eterno. ipe est timor q̄ introducit charitatem. ꝫ sic venit vt exeat. Si eñ propter penas times deū. nondū amas quē sic times. non bona desideras. ꝫ mala caues. Ꝫ ex eo quia mala caues corrigis te ꝛ incipis bona desiderare. q̄ cū desiderare cepis. erit in te timor castus. Quid est timor castus? Timere ne amittas ipsa bona timere deū ne recedat a te. Cum autem times deū ne te deserat. presentiam eius amplecteris. eum ipso frui desideras.

Quomodo distēt duo timores. per similitudinem duarum mulierum ostendit.

¶ Non potes melius explanare quid interfit iter duos istos timores q̄ si ponas duas mulieres maritatas. quarum vnā constituas volentem facere adulteriuz sed timet ne dampnet a marito. Timet maritum qz adhuc amat neq̄ciam. huic non grata ē sed onerosa mariti presentia. et si forte viuit nequiter. timet maritum ne veniat. Tales sunt q̄ timent diē iudicij. Fac alterā amare virum. debere illic castos amplexus. nulla se adulterina īmundicia maculare velle. ista optat p̄sentiam viri. Illa timet. et ista timet. Jam ergo interrogent q̄re timeant Illa dicet. Timeo virū ne veniat. illa dicet. timeo virū ne discedat. illa dicet. timeo virū ne damnet. illa dicet. timeo virū ne deserat. ¶Pone hec in animo ꝛ inuenis timorē quē foras mittit charitas. et alium timorez castum pmanentem in seculum seculi. Illum timorem pfecta charitas foras mittit. q̄a ille timor tormentū habet. torquetur conscientia peccatorum nondum facta est iustificatio. Est ibi quod titillat mentem. quod pūgat. qō stimulat. Stimulat ille timor: ꝫ intrat charitas que sanat quod vulnerat timor. timor castus facit securitatem in animo. Audiuimus duas tibias. scz Johānem ꝛ Dauid consonantes. illa de timore dei dicit quo timet anima ne damnetur. illa de timore quo timet anima ne deserat. Jlle est timor quem charitas excludit. ille est timor q̄ permanet i seculum seculi. Ecce in his verbis predictis aperte ostēdit Augu. quis sit timor castus ꝛ q̄s seruilis. et qualiter differant. Jn q̄b⁹ etiam inicialē timorem significauit q̄ nec ex toto est seruilis. nec ex toto castus. sed tanq̄z medius aliquid de seruili. et aliquid ō casto timore habet. facit eñ seruire parti timore pene. parti amore iusticie. per quē timemus puniri ꝛ timemus offendere. Jste timor est i inchoata charitate nō in perfecta. et quātū crescit charitas tantuz decrescit iste timor. quantum ad metum pene id est. quantuz ad id quod facit timere penam ꝛ quantū ad tormentuz conscientie. Nā quātomaius diligimus tantominus timemus. Jste timor notatur in illis verbis Augus. vbi non negat timorem esse in charitate inchoata sed perfecta. Quod nō posset dici de seruili. quia vt ipse supra dixit seruilis timor non remanet veniente charitate. nec intrat charitas nisi prius ille timor exeat. nec in illo timore aliquis credit in deuz. et si credat deo: nec benefacit. etiam si bonū est quod facit. Non ē ergo timor ille in charitate etiaz inchoata. qz omnia q̄ charitatez habet: licet non perfectam. et ī ō

culum seculi. Ecce in his verbis predictis aperte ostēdit Augu. quis sit timor castus ꝛ q̄s seruilis. et qualiter differant. Jn q̄b⁹ etiam inicialē timorem significauit q̄ nec ex toto est seruilis. nec ex toto castus. sed tanq̄z medius aliquid de seruili. et aliquid ō casto timore habet. facit eñ seruire parti timore pene. parti amore iusticie. per quē timemus puniri ꝛ timemus offendere. Jste timor est i inchoata charitate nō in perfecta. et quātū crescit charitas tantuz decrescit iste timor. quantum ad metum pene id est. quantuz ad id quod facit timere penam ꝛ quantū ad tormentuz conscientie. Nā quātomaius diligimus tantominus timemus. Jste timor notatur in illis verbis Augus. vbi non negat timorem esse in charitate inchoata sed perfecta. Quod nō posset dici de seruili. quia vt ipse supra dixit seruilis timor non remanet veniente charitate. nec intrat charitas nisi prius ille timor exeat. nec in illo timore aliquis credit in deuz. et si credat deo: nec benefacit. etiam si bonū est quod facit. Non ē ergo timor ille in charitate etiaz inchoata. qz omnia q̄ charitatez habet: licet non perfectam. et ī ō timor seruilis non est timor ille quez in charitate inchoata forte cōcessit. et quem crescente charitate ō crescere dixit. Sed ille est timor inicialis quem non negat esse in charitate nisi perfecta sit.

Q. timor seruilis et inicialis dicitur inicium sapientie sed differenter.

¶ Sciendū tamen est q̄ vterq̄z timor scz seruilis ꝛ inicialis. i scripture diuersis locis dicit iniciuz sapientie. ꝛ ita forte comperies si diligenter annotaueris loca scripture in q̄bus de timore domini fit mentio. ex alia tamen ratione et causa diuersa dicitur seruilis timor iniciū sapientie et ex alia inicialis. Seruilis eñ ideo dicitur iniciū sapientie. qz p̄parat locuz sapientie et ducit ad sapientiam: sed tamen non remanet cum eo imo foras exit. Jnicialis vero dicitur iniciū sapientie. qz est ichoata sapientia. quem cum q̄s habere incipit. sapientiā ꝛ charitatem habere icipit. Jnde etiaz est q̄ vterq̄z timor dicit inicialis. q̄ inuenire poteris per diuersa scripture loca. Vterq̄z etiam timor interdū dicit seruilis. qz ꝛ ipse inicialis q̄ est in charitate inchoata

aliqđ habet de seruili.s. angorez pene. sicut ꝛ aliqđ habet ꝺcasto. scz ꝙ timet offẽdere ac separari.

De hoc qꝺ Augustinꝰ dicit castũ timorẽ esse eternum.

¶ Illud quoqz diligenter ẽ notandum ꝙ in supioribus Augustinus dicit castum timorez esse eternum ꝙ quod confirmatur ꝑ missa sententia scz ꝙ spiritꝰ timoris erit in futuro sicut et alia dona spiritussancti. sed nõ habebit omnem illum vsum quez modo habet. Faciet eñ tunc nos reuereri deum non timere sperari vel carere. Fuit ergo et in christo timor ille. sed iuxta vsum illũ quẽ habebit in futuro i sanctis. Non eñ timuit christus separari vel offendere deum sed cum ꝓe omnibus reueritus est.

An timore pene qui fuit in christo fuerit seruilis vel inicialis vel alius.

¶ Cum autem fuerit in xꝓo timor pene. querit an iste tior fuerit mũdanus. vel seruilis vel inicialis Ad qꝺ dicimus nullũ eorum fuisse i xꝓo. qz timor mundanus malus est vt supra dictũ est. et in ꝓmo gradu cum modo deserit. Seruilis vero vel inicialis ꝑfecta charitate nõ est. Nullus ergo timor istorũ fuit i xꝓo. Qui ergo fuit timor iste quo penaz timuit? Potest timor ille dici naturalis vel humanus q̃ oibus hoibus inest: quo horretur mortes ac formidat pena. Et ꝺr timor iste naturalis non qz accesserit homini ex natura ꝺm ꝙ prius fuit instituta. qz non fuit iste timor concretus homini nec de bonis naturalibus sed qz ex corrupta natura ꝙ peccatum oibus aduenit. cui correptio inoleuit: tanqz esset naturalis. et est iste timor effectꝰ peccati vt ꝓdictuz ẽ.



Circa trigesimã quartam distinctionez querit ꝓmo: an dona ẽtitudies ꝛ fructꝰ distinguãtur a virtutibꝰ. Ꝓro huius questionis intelligẽtia est notandum ꝙ. 7. dona spũs sancti enumerantur ab ysaia in. 11. s. spũs. sapiẽtie. ꝛ intellectus. spũs consilij ꝛ fortitudinis. spũs scientie ꝛ pietatis. spũs timorꝭ ꝺñi: ꝛ a saluatore nro. s enumerãtur beatitudines matth. 5. cap. 5. beati pauperes spũ: beati mites: beati qui lugẽt: beati q̃ esuriũt ꝛ sitiunt iustitiã: beati misericordes beati mundo corde: beati pacifici: beati qui persecutionẽ patiunt ꝓpter iustitiã. Et a diuo paulo ad galatas. 5. xij. fructus ponũtur. s. charitas: gaudiũ: pax: patiẽtia: benignitas: bonitas: lõganimitas: manituꝺo: fides: modestia: cõtinentia: castitas. Ulterius est aduertẽꝺũ ꝙ bipartita est opinio rũtiũ ad titulum questionis. Prima est diui Thom. diui Bonauẽture ꝛ antiquoꝝ doctorum tenentiũ partem affirmatiuaz: ratio eorũ est: qz a duobus põt aĩa mouere ad bonũ primo a rõne hũana scm dictamẽ rõnis naturalis: ꝛ ad hoc disponendũ ponũtur in aĩa virtutes morales q̃ naturaliꝝ inclinant aĩam ad cõformiter agendum iurta dictamen naturalis rationis. Scõo mouetur aĩa ad bonũ ab aliquo eleuante ipam sup naturalẽ rõnem: ꝛ ad bonũ supernaturale ꝛ ad disponendã aĩam ad tale bonũ sup naturale ꝺñs deus infundit dona. Sed contra istã opinionẽ arguitur ad tale bonum supnaturale aĩa nra sufficienter mouetur per. 3. virtutes theologas: ergo supuacaneũ est ponere dona distincta ab ipis virtutibus theologis. Propter hoc argumentũ doctoꝝ sub. ꝛ oẽs nominales tenent partẽ negatiuã: ꝛ maxime qz paulus met in cap. allegato ad galatas ponit inter fructus charitatez fidem ꝛ castitatem q̃ sunt virtutes.

¶ Contra istã opinionẽ arguit sic in patria manebũt virtutes ꝛ nõ manebũt dona: ergo virtutes distinguũtur a donis minor probatur in patria nõ manebit timor: ergo non manebũt dona spũs sancti: aĩs ptz beati sunt securi de sua beatitudine ꝙ perpetuo ipam habebũt: ergo nihil possunt timere: ꝛ per ꝑ̃s timor

non manebit in patria. Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo minorez rõ est quia aĩa xꝑi in primo instanti sue creationis fuit perfecte beata ꝛ tñ habuit. 7. dona spũs sancti: ꝛ per ꝑ̃s beati in patria retinẽt. 7. dona spũs sancti: ꝛ ad probationẽ negat aĩs intelligendo de timore casto: ꝛ ad probationẽ negatur ꝓa: nam timor castꝰ teste psalmista psal. 18. permanet in seculum seculi.

¶ Queritur scõo circa eandem diſt. vtrũ timor charitati aduersek. Pro solutiõe huiꝰ questionis est notandum ꝙ quadruplex. ponitur timor a magistro in ꝑsenti distinctiõe Primꝰ est mũdanꝰ siue humanꝰ. Scõus est seruilis. Tertiꝰ est initialis. Quartus est castus vel filialis siue amicabilis siue coniugalis: siue sanctus: timor mũdanus siue hũanus est qñ propter euitationem ꝺãni tẽporalis deserit ꝺñm deũ: ꝛ iste timor semp est malus: idcirco phibetur a saluatore nro matthei. 10. dicẽte nolite timere eos qui occidunt corpus aĩam aũt nõ possunt occidere: hunc timorẽ habuit adam: nã vt nõ displiceret vxori comedit pomũ ꝛ ꝺñm deũ dereliquit. Similr aarõ habuit hunc timorẽ: nã ne occideret a filijs israel fecit vitulum aureũ vt habetur exodi. 13. similr saul habuit hunc timorẽ: nã ne displiceret principibus filioꝝ israel non occidit oues ꝛ boues amalechitaꝝ ꝛ trãsgressus est ꝓceptũ ꝺñi dei: idcirco ꝺñs deꝰ abstulit ab eo regnũ ꝛ dedit dauid ꝛ proiecit eum a facie sua: vt habetur in. 15. ca. 1. reguz. Pariforma petrꝰ

ppter istū timorē negauit xp̄s salua tores nr̄m: parimodo pilat⁹ habuit hunc timorē quādo dictum est illi si hunc dimittis non est amicus cesaris: pari iure rex Hieroboā ppt̄ istū timorē fecit duos vitulos vt filij israel ipos adorarēt: vt habetur .i.12. cap. tertij libri regū. Timor seruilis est quando propter penā aliquis adimplet p̄cepta dei: nō audet trāsgredi iuxta illud oratij oderunt peccare mali formidine pene: oderunt peccare boni virtutis amore. Timor initialis est quando simul propter penā, z offensam hō adimplet p̄cepta z cū isto timore incipit charitas idcirco dicitur initialis. Timor castꝰ vel filialis siue amicabilis siue cōiugalis siue sanctus. Est qū propter solam offensam vitādaz aliquis adimplet p̄cepta: z iste timor dicitur manere in patria. Alterius est aduertendū q tēporibus nr̄is maledictus Luther cineres extinctos suscitauit: nā quādam hęresim ab egregio Doctore bzulifero reprobatam z cōfutataz renouauit: dixit enim q penitētia nō pōt erat ichoari a timore seruili: sed necessario debebat inchoari ab amore: z hoc fuit primuz virus diffusuz tēporibꝰ nr̄is ab ipo male dicto qua re volo ostendere q hoc venenū redūdauit in blassemiā dñi dei. Seq̄retur q dñs deus male fecisset incutiēdo talem timorē filijs israel p̄ns est absurduz: igitur z hęresis illi⁹ maledicti: seq̄la probat exodi. 20. cap. habetur cūctus autez populus videbat voces z lāpades z sonitū buccine montēq̄ fumantē. z perterriti ac pauore cōcussi stetерunt procul filij israel dicētes móysi loquere tu nobis z audiemus: nō loquar nobis dñs ne forte ¦moriamur z ait moyses ad pp̄z: nolite timere vt enim probaret vos venit deus z vt terror illius esset in vobis z non peccaretis. Ex istis sequitur manifeste q dominus deus voluit q timor seruilis esset i filijs israel vt ex illo timore deuenirēt ad amorē dei: z ideo vocatur lex vet⁹ lex timoris z seruitutis: ergo penitētia bene pōt inchoari a timore seruili vl si nō pōt dñs deus male fecit incutiēdo talez timorē filijs israel. Insup dñs deꝰ exigit a nobis timorē seruilez: ergo penitētia pōt ichoari a timore seruili vel dñs deꝰ male exigit quod est absurdū: ais probat malachie p̄mo cap. habetur filius honorat patrez: z seruus dñm: si ergo ego suz pater vbi est honor meꝰ: z si ego dñs vbi est timor: z propheta psal. 118. petebat talem timorem a dño dicēs cōfige timore tuo carens meas: z psal. 110. Initiū sapiētie timor dñi sup q verba glosa ordinaria: z glosa interlinealis dicunt metus iuditij ianua est conuersionis: si addatur discretio dilectionis in quibus verbis clare habetur q cōuersio siue penitētia inchoatur a timore: z diuꝰ Augustꝰ super. 8. cap. ad romanos. d. hunc timorem seruilē esse bonum z vtilē: z diuus Bonauētura expresse affert q timor seruilis est donū spūs sci z elicitur ex glosa super. 8. cap. ad romanos allegatū. Pariforma prouerbioz. 15. habet q timorez dñi declinat oīs homo a malo. Sed cōtra istos timores arguit magister in fi-

ne istius distinctionis. Dabilis est aliquis timor qui non est aliqs istorum quattuor: igitur necessariuz est addere adhuc vnū aliū timorē: ais probatur xp̄s habuit timorē mortis vt habetur mathei. 26. z talis timor non erat mūdanꝰ neq̄ seruilis neq̄ initialis neq̄ castꝰ ergo necessariuz est addere vnum alium timorem. Propter hoc argumētuz magister addit vnū alium timorē vltra istos quattuor. Vnde timor naturalis est quādo natura horret mortē z sibi nociua. Pro maiori intelligētia huius questiōis est notādū postremo q timor seruilis a doctoribꝰ sanctis capitur bifariā vno modo quādo includit quādā difformitatē z alio mō vt illā nón includit. v. g. timor seruilis aliquādo capitur pro aggregato ex nolitione qua aliqs vult pecare aut trāsgredi mādata dei propter timorē gehēne ifernī z volitiōe qua vellet peccare si deus non puniret eum: z dolore quo dolet dñm deum punire peccata. Alio modo capitur solum pro illa nolitione qua aliquis nult frangere mādata dei propter timorem gehēne infernalis. Primo mō capiendo timorē seruilez. s. pro illo aggregato semp est malus: nā habz difformitatem annexam.

¶ Sed scōo modo est bonus: z ita capit augustꝰ quādo dicit eum esse bonū z vtilē. Istis notatī rndet per aliquas conclusiones quarū prima ē ista timor naturalis nullo mō aduersat charitati: ista cōclusio probatur ania christi habuit perfectissimam charitatem z habuit istū timorem naturalem: igitur cōclusio vera Scōa conclusio est ista: timor mundanus aduersatur charitati. ista cōclusio probatur quodlibet peccatum mortale aduersatur charitati timor mundanus est peccatū mortale: igitur timor mundanus aduersat charitati. Tertia cōclusio est ista. timor seruilis p̄mo modo aduersatur charitati: sed non scōo modo: p̄ia pars conclusionis patet rōne deformitatis annexe: scōa pars patet. q illa sola nolitio stat cū charitate. immo si incipiat aliqualiter diligere deuz talis timor efficitur initialis: z se habet sicut seta respectu fili. nam sicut seta introducit filū z filum remanet z seta expellitur extra calceuz: ita ēt timor iste introducit charitatē z charitas remanet z timor tandē expellitur. Quarta cōclusio est ista timor initialis nō aduersatur charitati incipienti: sed bene cōtrariatur charitati perfecte. ista cōclusio quo ad ¦p̄mam partē patet ex notabilibus: et quo ad scōam patet autoritate Joānis in. 4. ca. 1. cano. d. perfecta charitas foras mittit timorē. Quinta cōclusio est ista timor castus siue filialis nulli charitati aduersatur. imo perseuerat in patria. ista cōclusio patet expressa autoritate psalmiste. d. psal. 18. Timor dñi sanctus permanet in seculū seculi: z propter istam autoritatē psalmiste z alterā Joannis necessariū est: vt egregie infert Augu. ponere distinctionē ¦p̄fataz de timore als sibi otradicerēt regiꝰ ppheta: z Joā. euāgelista admonicē.

¶ Contra tertiā conclusionē ar

guiturſic:omne donū ſpiritusſancti poteſt ſtare cuꝫ charitate:ſed timoꝛ ſeruilis eſt donum ſpiritusſancti: ergo timoꝛ ſeruilis poteſt ſtare cū charitate. Ad hoc argumentū rñdetur a diuo Bonauentura negando maiozem ponit enim triplex donū ſpiritusſancti. Primū quod pꝛeparat locū ſpiritusſancto. ⁊ tale donū quāuis ſit a ſpiritusſancto non tñ manet cū eo vt timoꝛ ſeruilis. Scōm donū eſt a ſpiritusſancto: ⁊ aliquādo manet cū ſpiritusſancto: ⁊ aliqñ nō vt donū pꝛophetie. Tertiū donū eſt a ſpiritusſancto ⁊ nō poteſt manere ſine eo vt charitas. Beatus tñ Tho. negat timoꝛē ſeruilē eſſe donū ſpiritusſancti: ſed pꝛo amboꝝ concordia poteſt dici q timoꝛ pꝛimo modo nō eſt donum ſpiritusſancti. ſ. vt includit illā diffoꝛmitatē: ſꝫ bene ſcōo modo eſt donū ſpiritusſancti ⁊ timoꝛ ſcōo mō bñ manet cū charitate. Contra iſtā ſolutionē arguitur amoꝛ dei pꝛopt beneficia nō eſt donū ſpiritusſancti: ergo nec timere deū pꝛopter penas eſt donū ſpiritusſancti: ꝓñia tenet qꝛ non videt potioꝛ rō de vno quaꝫ de alio. Ad hanc replicā rñdetur negādo añs: immo talis amoꝛ eſt donuꝫ ſpiritusſancti. alias nō diꝛiſſet pſalmiſta pſal. cxviii. Inclinaui coꝛ meum ad faciendas iuſtificationes tuas in eternum pꝛopter retributionē. Contra iſtā ſolutionē arguit timoꝛ quez habꝫ latro qñ vult furari pꝛopter timoꝛē ſuſpendij nō eſt donū ſpiritusſācti: ergo nec timoꝛ ſeruilis: ꝓñia tenet: qꝛ idē iudiciū videt eſſe de amboꝫ. Ad hanc replicā aliter rñdet Bonauentura. ⁊ aliter Tho. nā Bonauentura negat ꝓñam: rō eſt: quia ad talē timoꝛē latronis non requirit virtus ſuper naturalis. ſed bene ad timoꝛē ſeruilē: requirit eñ fides ad hoc q credat infernū eſſe pro malis ⁊ reꝓbis. Diuus Tho. rñdet q talis timoꝛ latronis etiā eſt a ſpū ſancto ſi talis latro conſideret iudicem inquantū habet poteſtate a dño deo ⁊ vtraqꝫ ſolutio eſt ſuſtētabilis. Contra iſtā ſolutionē replicatur autoꝛitate Auguſtini ſuper illud pſal. cxviii. ſcꝫ confige timoꝛe tuo carnes meas. q. timoꝛ ſeruilis carnē nō crucifigit qꝛ vnitur in eo peccandi voluntas ⁊ ſequeretur opꝰ ſi ſperaretur impunitas mallet eñ licere ⁊ dolet non licere q lex vetat. Ad hanc replicā facile rñdetur q Auguſtinus loquit de timoꝛe pꝛimo modo: ⁊ nō ſcōo mō.

¶ Scōo arguitur cōtra eandē concluſionē per timoꝛē ſeruilē timetur deus principaliter ꝓpter gehēnā ergo timoꝛ ſeruilis etiā ſcōo mō eſt malus ꝓñia pꝛobatur amare deū ꝓncipaliter pꝛopter tēpoꝛalia eſt malum ⁊ pꝛohibitū. ergo timere deum principaliter pꝛopter gehēnā eſt malum. Ad hoc argumentuꝫ rñdetur a Bonauentura negando ꝓñam: ⁊ ad pꝛobationē negatur item ꝓñia: rōnez aſſignat: qꝛ in amoꝛe illo amat creatura magis q̄ deꝰ: ⁊ hoc eſt dānabile ⁊ pꝛohibitū: in timoꝛe aūt ſeruili deus principaliter timetur: qꝛ eſt inflictius taliū penaꝝ. Contra iſtā ſolutionē arguitur: ſequeretur q talis timoꝛ ſcōo modo non expelleret aduenīente charitate: ꝓñia eſt falſum ⁊ igitur ſequela pꝛobatur talis timoꝛ ſcōo modo non habet diffoꝛmitatez aliquā: ergo aduenīēte charitate nō expellitur: falſitas ꝓñtis patet autoritate Auguſt. quē allegat magiſter in pꝛeſenti diſtinctione. Ad hanc replicā rñdetur diſtinguendo ſequelā vel de charitate perfecta: ⁊ ſic negatur illa. immo vt allegatū ē ex Joāne in quarto ca. pꝛime canonice charitas perfecta timoꝛē expellit: ⁊ ad pꝛobationē ſequele negat ꝓña. ſi vero intelligatur ſequela de charitate incipiente: conceditur illa ⁊ negatur minoꝛ: ⁊ ad pbationē dicitur quod Aug. intelligit de charitate proficiēte vel perfecta ⁊ non de incipiente. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur. timoꝛ inicialis manet cū charitate: ergo ⁊ timoꝛ ſuilis: ꝓñia tenet: qꝛ timoꝛ inicialis includit timoꝛē ſeruilem ſcōo modo. Ad hanc replicā rñdetur concedendo ꝓñam cū ꝓñte: ſed ſi charitas proficiat ⁊ augeatur paulatim vterqꝫ timoꝛ expellitur. Cōtra iſtā ſolutionē arguitur. timoꝛ caſtus nō expellitur a charitate quantuncūqꝫ pfecta: ergo nec timoꝛ ſeruilis vl inicialis ꝓñia pꝛobatur fides informis non expellitur aduenīente charitate perfecta: ergo nec timoꝛ ſeruilis nec inicialis expellitur a charitate perfecta: ꝓñia pꝛobatur ſicut ſe habent fides informis ⁊ fides formata: ita ſe habent timoꝛ ſeruilis ⁊ inicialis ⁊ timoꝛ caſtus: ergo ſi fides informis manet aduenīente charitate perfecta: ita etiā timoꝛ inicialis ⁊ ſeruilis manebūt aduenīente charitate perfecta. Ad hanc replicā rñdetur negādo ꝓñam: ⁊ ad pꝛobationē negat iterum ꝓña: ⁊ ad pꝛobationez negatur añs: rō eſt: qꝛ fides informis ⁊ fides formata habent omnino idē obiectū ſed timoꝛ ſeruilis ⁊ inicialis ⁊ caſtꝰ non habent idē obiectū. imo habēt obiecta diſtincta ſpē.

¶Quomō differāt ſapiētia ⁊ ſcīa. Diſtictio. xxxv.



